



WIMEP
Opole



132 s.

189
V 2 65 C

Q M.

ἰσὺς τὴν θείαν εὐαγγελίον διδασκῶν
ἰλασθῆναι τὰς τῆς θείας ἑστῆς.

ἡ δὲ ἑστῆς ὅλον καὶ πᾶσαν τὴν
ἐκτὴν γὰρ καὶ τὴν ἑστῆς τῆς θείας

EXAMEN
EORVM QVI AVDIVN-

TVR ANTE RITVM PVBLICAE
ordinationis, qua commendatur eis ministeri-
um EVANGELII. Traditum Viti-
tebergæ Anno 1554.

PHILIPPVS MELANTH.



VVITEBERGAE BXCIV.
DEBAT LAURENTIVS
Schuuenck.

M. D. LVIII.

EXAMEN
EORVM QVI AVDIVN-
TVR ANTERITVM PVBLICAE OR-
dinationis, qua commendatur eis ministerium
EVANGELII. Traditum Vni-
teberge Anno 1554.

Quidnam docebis?

Docebo Euangelium Domini nos-
tri Iesu Christi.

Quid interest inter doctrinam
Ecclesiae Dei, & alias
Sectas?

Omnes aliae Sectae extra ueram Ec-
clesiam, ut Ethnici, Blasphemi Iudaei,
Mahometistae, & alij, tantum docent
particulam Legis de quibusdam exter-
nis & civilibus officijs, et addunt cultus
idolorum, aliae alios. Prorsus autem ig-
norant filiū Dei et Euangelium, id est,
A 2 promissis

promissionem de gratuita remissione peccatorum, & de reconciliatione, & de hæreditate uitæ æternæ, donandæ per Fidem in Filium mediatores. At in Ecclesia retinetur integra & incorrupta Legis & Euangelij doctrina, & noticia filij Dei, crucifixi pro nobis & resuscitati. Sola autem illa congregatio, in qua agnoscitur filius DEI, Dominus noster Iesus Christus, crucifixus pro nobis & resuscitatus, est Ecclesia, in qua sunt multi uerè placentes DEO, & rectè inuocantes eum, & electi ad uitam æternam, iuxta hæc dicta Iohannis. 5: Qui non honorat filium, non honorat Patrem, qui misit eum. 1. Corinth. 3. Fundamentum aliud poni non potest, præter id quod positum est, quod est Iesus Christus, Iohannis 3. Qui non credit, iam iudicatus est. Item: Qui credit in Filium, habet uitam æternam. Qui non credit Filio, non uidebit uitam, sed ira Dei manet super eum. Iohan. 14. Nemo ueniet ad Patrem, nisi per Filium. Item: Si quis diligeret me, sermonem

meum

meum seruabit, & Pater meus diligeret eum, & ad eum ueniemus, & mansorem apud eum faciemus. Hæc sciri necesse est, contra Thammerum, Latomum Louaniensem, & similes, qui infinitam confusionem faciunt, & fingunt, Ecclesiæ membra ubiq; esse, Ethnicos & alios, quorum mores sunt honesti.

200 40m 2
Q. M.
10m 573

Quid est Deus?
Deus est essentia Spiritualis, intelligens, æterna, alia à creaturis omnibus, uerax, bona, iusta, casta, misericors, benefica, liberrima, immensa sapientiæ & potentiæ, irascens peccatis, Pater æternus, qui Filium imaginem suam ab æterno genuit, & Filius, imago patris coæterna, & Spiritus sanctus procedens à Patre & Filio, sicut patefacta est diuinitas, certo uerbo, & testimonijs diuinis, quòd Pater æternus cum Filio & Spiritu sancto condiderit & conseruet, cælum & terram, & omnes creaturas, & adsit omnibus.

DEVS est essentia Spiritualis, intelligens, æterna, alia à creaturis omnibus, uerax, bona, iusta, casta, misericors, benefica, liberrima, immensa sapientiæ & potentiæ, irascens peccatis, Pater æternus, qui Filium imaginem suam ab æterno genuit, & Filius, imago patris coæterna, & Spiritus sanctus procedens à Patre & Filio, sicut patefacta est diuinitas, certo uerbo, & testimonijs diuinis, quòd Pater æternus cum Filio & Spiritu sancto condiderit & conseruet, cælum & terram, & omnes creaturas, & adsit omnibus.

200 40m 2
Q. M.
10m 573

A 3 crea
Deum magis illud ex lat. Matt.
3. de Baptismo Christi & Mat. 28. ut
baptizate in nomine patris
filij & Spiritus sancti in nomine
patris & filij & Spiritus sancti
in nomine patris & filij & Spiritus
sancti Amen. & si quis
seruauerit hæc & fecerit
seruauerit uitam æternam
Amen. & si quis
seruauerit hæc & fecerit
seruauerit uitam æternam
Amen.

Quid nomen Dei
Oia attributa q; ei affri
buntur ut intelligantur, hanc
operantia sunt uerba

DE DEO:

Filium. Et nobis sic manifestata est, quod mittatur in corda credentium, ut tales motus, amorem & læticiam acquiescentem in Deo in eis accendat, qualis est ipse. Sicut 2. Timoth. 1. expresse scriptum est: Non dedit nobis Spiritum timiditatis, sed roboris, dilectionis Dei & castificationis.

Quid differunt Nasci &
Procedere?

NASCI est à potentia cognoscente. Quia genitum est imago genentis. Vt autem in hominibus potentia cognoscens format imagines & loquitur: Sic Filius est æterni Patris imago, cogitatione genita, & est λόγος ostendens eum in reuelatione Euangelij. Procedere autem est à uoluntate, quia Spiritus sanctus est motor, seu agitator.

Quare Filius nominatur

λόγος

Non

DE DEO.

Non solum quia cogitatione nascitur, sed etiam quia est persona proferens Euangelium ex sinu æterni Patris, & conseruans ministerium Euangelij, & est efficax in his qui credunt Euangelio, & uoce Euangelij dicens consolationem in cordibus eorum, & uiuificans eos, sicut inquit: Ego uitam æternam do eis, & ostendens Patrem, & effundens Spiritum sanctum in corda eorum. Et si enim sit uiuificatio per omnes personas, tamen hoc ordine fit: Filius qui colligit Ecclesiam immediate uoce Euangelij mouet corda, & monstrat Patrem, & dat Spiritum sanctum. Ideo dicit Athanasius: Quandoquæ dicitur in homine esse Spiritus sanctus, est ibi per VERBUM. Considerandum est igitur, Filium dici λόγος, & respectu Patris, & respectu nostri, quia est λόγος, per quem Pater se nobis patefacit. Ideo in Iohanne dicitur: Filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit nobis. Et Dominus ipse respondet interrogantibus, quis sit, *τινὸς ἀρχὴν ὅτι καὶ λαλῶ ὑμῖν*, id est, ego, sum uerbum.

A 5 bum.

bum quod loquor uobis initio, sum illa persona, initio loquens uobiscum, proferens Euangelium ex sinu æterni Patris. Item: Nemo nouit Filium, nisi Pater, & nemo nouit Patrem, nisi Filius, & cui Filius uolet reuelare.

De uocabulo Spiritus.

Vocabulum SPIRITVS significat agitationem seu agitatorum. Nam & Spiritus sanctus est persona sic nobis patefacta, quod sit uelut flamma, immediatè tales motus accendens in corde, qualis ipse est. Sicut Roma. 14. dicitur: Regnum DEI est iusticia & pax, & gaudium per Spiritum sanctum. Et ad Tim. dicitur: Spiritus roboris, dilectionis & castificationis. Ut autè hæc uocabula aliquanto melius intelligantur, intueamur imaginem Dei in homine, in quo sunt tria hæc præcipua, Mens seu substantia animæ. Deinde cogitatio, quæ est imago rerum quæ cogitantur, Et uerbum & cogitationem sequuntur in uoluntate & corde

de motus seu agitationes, ut dicitur: Ignoti nulla cupido. Sed cogitationes & agitationes in hominibus sunt res euanescentes. At à Patre æterno est Filius, qui est substantialis imago, nata cogitatione, & est ὑφιστάμενος, id est, quiddam subsistens, non est quiddam fugax. Cum cogitatione est & agitatio & læticia, quæ etiam est ὑφισταμένη.

Quæ persona assumpsit humanam naturam?

FILIVS, qui est coæterna imago æterni Patris, & nominatur λόγος à Ioanne, assumpsit humanam naturam in Maria uirgine matre, ut Iohannis 1. dicitur: Et uerbum caro factum est. Talis est autem assumptio, ut huic personæ soli, quæ est λόγος, hæc massa humane nature assumpta, sit unita unione hypostatica, id est, ut sit unum ὑφιστάμενον, λόγος sustentans hanc massam, & ipsa massa nature humanæ. Nō. n. conuersa est una natura in aliam, sed personæ quæ est λόγος, unita est massa nature humanæ

DE DEO.

humanae assumpta. Ac ad declarationem prodest considerare quatuor gradus praesentiae Dei.

Primus est praesentia uniuersalis, quae est praesentia conseruationis, qua Deus omnibus creaturis adest, ita ut conseruet eas tantisper, donec uult eas conseruare, de quo gradu dicitur Ieremias 23. Nonne caelum & terram ego impleo, dicit Dominus. Item: Enter, praesenter, Deus hic & ubiq; potenter. Iuxta hunc gradum etiam malis adest. Et manifestum est, Deum sic separabiliter rebus adesse, quia destruit naturas quas uult destruere, ut Pharaonem, & maximam partem generis humani in diluuiio.

Secundus gradus est, quo adest beatis Angelis & hominibus, & conseruat non tantum uitam eorum, sed etiam uiuificat eos uita aeterna, & implet eos sua luce & iusticia, & uisibiliter & immediatè conseruitur ab eis, & quanquam non discedit ab eis, tamen adest eis tantum societate.

Tertius gradus est, quo adest in hac

DE DEO.

hac uita renatis, ut Dauidi, quo uide licet non tantum uitam eorum conseruat, sed etiam efficit in eis motus sibi placentes, & tamen non conseruitur uisibiliter, ut in uita aeterna conseruitur, & adest separabiliter.

Quartus gradus longè alius est, quo sola haec persona λόγος assumit humanam naturam, non solum inseparabiliter, sed etiam tali ratione, ut sit unum ὑψίστων. Et sicut haec persona λόγος aeterna est, ita postea impossibile est, hanc massam λόγος insertam non simul manere. Ac sit notissimum dictum Damasceni omnibus: NATVRAM HVMANAM, QVAM SEMEL ASSVMPST ΛΟΓΟΣ, NVN- QVAM DESERIT.

Et si autem exemplum huius unionis nullum est in creaturis, quod prorsus congruat, tamen uetustas, ut aliquo modo declararet unionem personalem, monstrauit hominem. Sicut anima hominis & corpus sunt unum ὑψίστων completum, et corpus dissoluitur

tur, desertum ab anima: Ita λόγος & assumpta natura sunt unum ὑφίσταμενον, & redigeretur in nihilum humana natura, si non sic gestaretur & sustentaretur à λόγῳ. De hoc exemplo inquit Iustinus: *τινες μὲν πλὴν ἐνωσιμῶς ψυχῆς πρὸς σῶμα νοήσαντες, οὕτως ἐκδέδωκασιμ καὶ ἀξιώματα διοργεῖ παρὰ δ' αἰγίμα, εἰ μὴ κατὰ πάντα κατὰ τὴ γῆρ.*

De discrimine Idiomatum.

Discernendæ sunt appellationes, quæ significant proprietates naturarum, & appellationes officij. Vt, propria sunt humanæ naturæ, pati, uulnerari, mori. Propria autem Diuinæ naturæ sunt, esse omnipotentem, esse immortalem. Sed nomina officij sunt, Mediator, Redemptor, Saluator, Sacerdos, Rex, Pastor. Hæc nomina officij competunt personæ, non tantum humanæ naturæ. Quanquam autem actiones quædam sunt in natura humana propriæ, ut dolores omnes & agones in passione, tamen *missio*
Filiij

Filiij sit ab initio Ecclesiæ. Filius perpetuò adest Ecclesiæ, patefacit promissionem, colligit & seruat Ecclesiam, & uult illam suam obedientiam, est intercessor, propiciator & Saluator, propter illam futuram obedientiam, quæ est personæ, postquam assumpsit naturam humanam. Nec missio & obedientia tollunt æqualitatem potentia, si cut expressè inquit Cyrillus.

Hinc modi loquendi considerentur. Verissima est propositio: Natura diuina non uulneratur, non moritur, Et rursus uerissimæ sunt propositiones, cum de Christo loquimur: Christus est uulneratus, Deus est uulneratus, Deus est mortuus.

Quæ est ratio diuersitatis?

Respondeo. Propositio in Abstracto significat naturam secundum se consideratam, ideo necesse est dici: Natura diuina non moritur. Propositio in Concreto significat personam, seu subsistentem seu ὑφίσταμενον ut, Deus est homo.
Christus

Christus est mortuus. Deus est uulneratus. Deus est mortuus. Hæ propositiones ueræ sunt communicatione Idiomatum.

Est autem communicatio Idiomatum, prædicatio, in qua proprietas unius naturæ conueniens, tribuitur personæ in Concreto, quia hæ duæ naturæ, λόγος, & natura assumpta, sunt unum ἕνυσάμνον.

Argumentum.

Opera Trinitatis ad extra sunt indiuisa,

Saluatio hominis est opus ad extra,

Ergo non aliter fit per Filium quàm per Patrem & Spiritum sanctum,

Respondeo. Vera est hæc Regula: Opera Trinitatis ad extra sunt indiuisa, Sed seruata cuiusq; personæ proprietas

proprietas. Filius & Spiritus sanctus mittuntur. Pater non mittitur. Et æternus Pater est efficax, sed per Filium & Spiritum sanctum. Filius immediatè profert Euangelium ex sinu æterni Patris, & ostendit uoluntatem æterni Patris, & sanctificatur Ecclesia dato per eum Spiritu sancto. Sic dicitur Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt. Et 1. Corinth. 15. Deo gratia, danti nobis uictoriam per Dominum nostrum Iesum Christum. Et sic dictum est: Filius agit per se, sed non à se. *Ans.*

Quod est discrimen ueræ inuocationis in Ecclesia, & aliarum impiarum inuocationum?

Respondeo. Duæ sunt præcipuæ differentiæ, Altera de Essentiâ Dei, Altera de uoluntate. Ethnicis & alijs impijs negant hunc esse Deum, qui se patefecit misso Filio, æternū Patrem, Filium & Spiritum sanctum. Aberrant igitur Ethnicis à uero Deo, & alibi loquuntur

B

loquuntur aliud quiddam commentitium, quod non est uerus & patefactus Deus. Ideo scriptum est: Vos nescitis quid inuocetis. Deinde ignorant promissiones & Mediatorem. Ideo manent in perpetua dubitatione & ignorant, an & quare exaudiantur. Inuocatio uerò sine fide, & oppressa dubitatione, inanis est, iuxta dictum: Quomodo inuocabunt, si non credunt: Romanos 10.

Ecclesia uerò alloquitur uerum Deum, patefactum illustribus testimonijs, & agnoscit eum sicut se patefecit. Scit etiam promissiones, & agnoscit Mediatorem, & scit Deum uelle inuocari & exaudire fiducia Mediatoris, sicut ipse, Dominus inquit: Quidquid petieritis Patrem in nomine meo dabit uobis. Assuefaciamus igitur nos, ut in inuocatione mens cogitet patefactiones Dei, & alloquatur hunc uerum Deum, qui se patefecit missò Filio. Et simul tres personas intueatur, & fiducia Mediatoris petat gratiam & alia beneficia,

Quid

Quid est Lex Moralis?

LEX MORALIS est æterna & immota sapientia, & regula iusticiæ in Deo, discernens recta & non recta, & horribiliter irascens contumacibus, seu denunciatis horrendam iram aduersus contumaciam, repugnantem huic ordini in Deo, & patefacta est hominibus in creatione, & postea saepe repetita, & declarata uoce diuina, ut sciamus quòd sit Deus, & qualis sit, obligans omnes creaturas rationales, & postulans, ut omnes sint conformes Deo, & damnans ac destruens omnes, non conformes Deo, nisi fiat remissio & reconciliatio propter Filium Mediatorem. Huius legis summa comprehensa est in Decalogo, quare nomine Decalogi saepe utimur pro lege Morali, ut quali monstramus præcipua capita. Etsi autem nullius creaturæ sapientia penitus intelligere Decalogū potest, tamē inmutabile mandatū Dei est, ut eum discamus & consideremus, & intelligamus

B 2

iuxta

DE LEGE.

iuxta enarrationes Christi, Prophetarum & Apostolorum. Ac inde usque ab Adam repetiuit Deus & conseruauit in Ecclesia uocem huius legis, & uult eam semper doceri, & illultribus exemplis pœnarum in atrocibus delictis per omnia tempora ostendit, hanc Legem esse ordinem diuinæ sapientiæ & iusticiæ.

Leges Mosaicæ Forenses & Ceremoniales, quæ fuerunt traditæ tantum ad illius politiæ Mosaicæ constitutionem, & tandem deleta politiæ Mosaicæ extinctæ sunt, discernantur ab æterna Lege, quæ Moralis nominatur. Sunt autem Ceremoniales Leges, quæ externos gestus ordinant in sacrificijs, et loca, tempora et personas distinguunt, & alia quædam exercitia externa describunt, ut sint signa & distinctiones politiæ Mosaicæ ab alijs generibus.

Leges Forenses sunt Leges de externa defensione disciplinæ, iuxta totum Decalogum, de Magistratibus, de pœnis Blatphemiæ & periurij, seditio

DE LEGE.

seditionis, homicidij, adulteriij, de distinctione facultatum uel dominiorum, de hæreditatum distributione, de pœnis furtorum, de ordine iudiciorum. Quia etiam si Deus ipse est autor & custos ordinis politici, tamen homines uult esse organa gubernationis, & uult conspici in pœnis discrimen rectè & non rectè factorum, & uult agnosci, Deum esse sapientem, iustum, castum & uindicem scelerum, & uult conseruari humanam societatem, & propter has causas deleri contumaces contra suam Legem.

Quomodo intelligenda est abrogatio Legis Mosaicæ?

Respondeo. Quod ad iustificationem attinet, eodem modo de omnibus partibus Legis Moisi sentiendum est, uidelicet quod non mereantur remissionem peccatorum, & quod persona non sit iusta, id est, accipra Deo ad uitam æternam, propter opera Legis Moralis, & alia. Item

B 3 quod

quòd hæc nostra obedientia, quam ut
cunq; præstat homo in hac uita, non
sit iusticia æterna, seu integra legis im-
pletio. Ideo Paulus inquit de om-
nibus partibus Legis Moisi, Roma-
nos 3. Ex operibus Legis non iustificabitur
omnis homo.

II. Responsio.

Sed quod ad obedientiam attinet,
differentia est, quia Leges Forenses &
Ceremoniales sic sunt abolitæ, ut pror-
sus omitti possint, & sint extinctæ.
Verum Lex Moralis cum sit in Deo
sapientia, & norma iusticiæ æterna, &
patefacta sit hominibus, ut homo sit
conformis Deo, non potest extingui,
sed manet ordo diuinus, ut homo ite-
ram fiat conformis Deo, sicut Roma.
3. dicitur: Per Fidem stabilimus Le-
gem. Item Roma. 8. Ut ius Legis in
nobis impleatur.

Quare

Quare leges Ceremoniales &
Forenses prorsus omitti
possunt?

Respondeo. Quia tantum pro-
mulgatæ sunt, ut durarent ad certum
tempus, donec mansura erat politia
Mosaica, quæ constituta est hoc con-
silio, ut esset certus locus & certa
stirps, in qua nasceretur, doceret, ede-
ret testimonia, offerret sacrificium, &
resuscitaretur Messias. Et hanc gen-
tem uoluit Deus conspici, & segregari
ab alijs gentibus, ideo attribuit ei
certos ritus. Prædixit autem Deus
postea eam politiam interituram esse.
Ac anni sunt ab exitu Israëlitarum ex
Ægypto, usq; ad destructionem po-
streman Ierosolymæ 1582. Ac simul
cum politia Mosaica extinctæ sunt le-
ges Cerimoniales & iudiciales, quia
hæc res ipsa fuerunt nerui huius poli-
tiæ, sed potius ipsa politia, ac nequa-
quam obligant alias gentes, ut ex

B 4 actis

DE LEGE.

actis Apostolorum capite 15. & Epistola ad Galatas manifestum est.

Cum igitur Lex Moralis non possit deleri, quis est eius usus?

Tres sunt usus. Primus est pædagogicus seu politicus, ad omnes homines pertinens, etiam non renatos & Ethnicos, quod uidelicet obligat omnes, ut regant externa membra seu Locomotiuam, ut externa facta congruant cum Lege Morali, & sanciant pœnas etiam corporales in hac uita, aduersus eos, qui admittunt externa delicta, quas Deus uel per Magistratus, uel alijs modis sumit de fontibus. De hoc usu dicitur: Lex est polita in iustis, id est, premens eos, coercens uel puniens ac destruens contumaces. Huc pertinent hæ Regulae: Qui gladium acceperit, gladio peribit. Scortatores & adulteros iudicabit Deus. Ve qui spolias, quia spoliaberis. Quibus.

Epistola 33.

DE LEGE.

bus dictis confirmatur regula: Atrociora delicta puniuntur atrocibus pœnis in hac uita, quia Deus est cultor iustitiae seu Legis. Etiam in uita politica uult seruari normam iustitiae, & non seruantes horribiliter destruit. Id exempla quotidiana ostendunt. Sunt igitur & ex doctrina primorum Patrum, & ex experientia traditæ sententiæ legales, etiam apud Ethnicos.

Cernit Deus omnia uindex.

Ὅσα γὰρ κείνη ἐποίησεν τοῖσι τέλοσ αὐτῶν ἵκανα. Et similes innumerabiles.

Ἐστὶ μὲν θανάτων φερένης ἀκύνερα καὶ κέρδιαι ἀινῆσαι πρὸς δίκης δόλιον, τραχέων ἐσπόντων πρὸς ἐπιβδαν δὲ ὁμῶς. Item:

βέβαιον ἔχει τὸν βίον Δικαίῳ ὄντι.

Et quia talis est præsentia Dei in toto genere humano scelera puniens, ideo Aristoteles inquit in his uersibus Empedoclis descriptum esse ius naturæ, in quibus dicitur, primum ius, id est, ordinem diuinum, seu Deum ipsum ordinantem & uindicem adesse in tota natura.

B 5. . . Ἀλλὰ

DE LEGE.

Αλλὰ τὸ μὲν πρώτων νόμιμον διὰ τὴν
ἐνυμμάδουτος.

Ἰδιῶς ἠδικεῖται τέταται καὶ ἀπλῆ
τῆς αὐτῆς.

Secundus usus legis est iudicium

uniuersale, accusans omnia peccata in
hominibus, interiora & exteriora, &
totam deprauationem, iuxta dicta: De-

us est ignis consumens. Item: *Vet*

us mundus reus sit Deo. Item: *Per*

Legem cognitio peccati. Item: *Ac*

us mortis peccatum est, potentia pec-

cati Lex est. *Huius iudicij in con-*

tritione aliqua initia sentire oportet,

ubi discimus, Legē non iustificari ho-

mines, sed accusari, iuxta dictum: Lex
iram efficit.

Tertius usus est in renatis, docere

qui cultus placeant Deo, quia et si hu-

mana ratio scit aliquo modo discrimen

honestorum & turpium, tamen neces-

se est, habere testimonium Dei ex-

pressum, quæ opera ipsi placeant, iux-

ta dictum Ezechielis 20. In præceptis

meis ambulate. Item in Psal. Lucerna
pedibus

DE LEGE.

pedibus meis uerbum tuum. Nec cesa-

sat in tota æternitate hic ordo, ut crea-

tura rationalis sit subiecta Deo crea-

tori, & sit ei conformis. Item semper

in renatis in hac uita crescere poeni-

tentiam oportet, ideo semper arguit

Lex reliquas peccati. *Quare semper*

in Ecclesia Deus conseruauit & repe-

tiuit uocem Legis, & simul docuit in

Euangelio, quomodo placeat inchoata

obedientia. *Est autem singulare*

testimonium, ostendens solius Eccle-

sie doctrinam ueram & diuinam esse,

& solam Ecclesiam esse cœtum Deo

placentem, quod tantum in ea semper

mansit & manet incorrupta uox Le-

gis, quia uult Deus in Ecclesia restare

iudicium aduersus peccata, deinde &

doctrinam, quæ opera ei placeant:

Item, ideo renouamur, ut in tota æter-

nitate sit in nobis conformitas cum

Deo, sicut in Lege Morali describitur,

ut Roma. 8. dicitur, ut ius Legis
in nobis impleatur. Ex his omnibus
intelligi potest, quare dictum sit: Non
ueni soluere Legem, sed implere. Si
cut

cut in tota æternitate manet eadem & immutabilis sapientia & rectitudo uoluntatis in Deo, sic manet Lex Moralís, quæ nobis patefacta est, ut sciamus, quòd sit Deus, & qualis sit. Implet autem Christus Legem quatuor modis.

Primum, Sua propria obedientia.

Secundò, Deriuando in se pœnam.

Tertiò, Restituendo in nobis iusticiam & uitam æternam.

Quartò, Sanciendo, sicut dicit: Non ueni soluere Legem &c.

Quid est peccatum?

Definitio breuis extat in Epistola Iohannis: Peccatum est quidquid est contra Legem Dei. *Αμαρτια εστιν ανομια.* Hæc breuis definitio dextrè intelligatur, uidelicet non tantum de actionibus, sed etiam de interioribus defectibus, de caligine & dubitationibus in mente, de auersione uoluntatis & cordis à Deo, de tristissima desertione quod non lucet in homine Sol iusticiæ.

• Filius

Filius Dei, ostendens Patrem, & ascendens corda Spiritu sancto. Intelligatur & reatus in definitione, quòd uidelicet homo propter peccatum reus sit æternæ iræ Dei, & pœnæ, nisi fiat remissio propter Mediatorem. Nam et hic reatus in Lege includitur, iuxta dictum: Maledictus omnis, qui non manserit in omnibus, quæ scripta sunt in Lege. Et Lex esset inanis sonitus, nisi horribilium pœnarum comminatio addita esset, quæ ordine diuinitus sancito sequuntur, nisi quantum fit mitigatio diuinitus, propter Mediatorem.

Consideranda est igitur explicatio, in definitione apud Iohannem. Nostra definitio expressè eadem continet. Peccatum est defectus uel inclinatio, uel actio contra Legem Dei, offendens Deum, & committens iram æternam, nisi fiat remissio propter Filium Mediatorem.

Quæ sunt diuisiones Peccati?

Primâ

DE PECCATO.

Prima est, peccatum aliud nominatur Originale, aliud Actuale. PECCATVM ORIGINALE est reatus propter Adæ lapsum, & propter priuationem lucis diuinæ, & firmæ agnitionis Dei in mentibus hominum, & propter auersionem uoluntatis à Deo, & propter contumaciam cordis, quæ mala sequuta sunt lapsum Adæ, in natura hominum, & sunt inimicitie aduersus Deum, & damnata à Deo.

Descriptio circumfertur in Ecclesia sumpta ab Anselmo: Peccatum Originale est carentia iusticiæ originalis debitæ inesse hominibus. Hæc descriptio re ipsa congruit cum nostra. Sed uocabula rectè interpretanda sunt. Iusticia originalis significat & acceptionem & rectitudinem, quæ fuit ante lapsum, uidelicet lucem & firmam agnitionem Dei in mente hominis, & congruentiam uoluntatis & cordis cum Deo, qui in hominibus uelut in templo suo habitasset, & suam sapientiam, iusticiam, & læticiam eis communicasset, si non essent lapsi. Hæc

DE PECCATO.

Hæc omnia significantur in hac descriptione Anselmi, nomine iusticiæ. Ergo nomine peccati originalis contraria mala significantur, scilicet & reatus & caligo in mente, & in uoluntate auersio à Deo, & in corde contumacia contra Legem Dei, & non esse templum Dei. Hæc mala sic descripsit Hugo: Peccatum originale est ignorantia de Deo in mente, & inobedientia in uoluntate & corde. Alij uno nomine hæc mala omnia nominarunt malam concupiscentiam, quia Paulus sic loquitur Romanos. 7.

ACTUALE est omnis actio pugnans cum Lege, tum in mente, ut dubitationes de Deo, tum in uoluntate & corde, ut incendia malorum adfectuum, tum in membris externis, ut externæ actiones pugnantes cum Lege Dei.

Alia diuisio.

Peccatum aliud est Regnans, seu Mortale, Aliud est non Regnans quod uicinatè nominatur Veniale.
Regnans

DE PECCATO.

REGNANTIA peccata, seu Mortalia dicuntur omnia peccata in non renatis, originalia & actualia, interiora & exteriora, quæ ideo dicuntur Mortalia, quia non renatus propter illa omnia reus est iræ Dei, & pœnæ æternæ, id est, ordinatus ad pœnam æternam, sicut Ioannis 3. dicitur: Qui non credit Filio, non uidebit uitam, sed ira Dei manebit super eum. Rursus peccatum Regnans seu Mortale est, cum is, qui fuerat renatus, assentitur errori in fundamento, aut labitur contra conscientiam. Tunc enim amittit gratiam, Spiritum sanctum & fidem, sicut Adam & Eua, Aaron assentiens facientibus Idolum, Dauid rapiens alterius coniugem, contristant & excutiunt Spiritum sanctum, propter talia delicta, & rursus fiunt rei æternæ pœnæ. Possent enim sic labi renatos perspicuum est ex cap. Matthæi 12. & 2. Petri 2. Aliqui uerò redeunt ad pœnitentiam, & salui fiunt. Multi non redeunt ad pœnitentiam, & pereunt, ut postea dicemus.

Pecca

DE PECCATO.

15

PECCATVM non regnans quod nominatur Veniale, id est, propter quod non amittuntur gratia, Spiritus sanctus & Fides, est in renatis in hac uita malum originis, & dubitationes & incendia malorum adfectuum, quibus tamen repugnant renati, ne ruant contra conscientiam, & dolent propter has sordes, & credunt se propter Mediatorem Deo placere, regi has sordes, & gratiam exuberare supra peccatum.

Vnde sumpta est hæc
distinctio?

Respondeo. Certum est hæc esse perpetuam doctrinam ueræ Ecclesiæ, & illustria testimonia in scriptis Prophetis & Apostolicis extant. Roma. 8. expressè ponitur hæc distinctio: Si secundum carnem uiuetis, moriemini, Sin autem actiones carnis Spiritu mortificabitis, uiuetis. Item 1. Timoth. 1. Milita bonam militiam, retinens fidem et bonam cōscientiam.

C Item

DE PECCATO.

Item Galat. 5. Manifesta sunt opera
carnis, Qui talia faciunt, regnum Dei
non possidebunt. 1. Corinth. 6. Ne
erretis, adulteri, homicidæ, idolatræ,
regnum Dei non possidebunt. Item,
1. Iohannis 3. Qui facit peccatum ex
Diabolo est.

QVOMODO DO-
CENDI SVNT HOMINES
DE LIBERTATE VOLVNTA-

tis humana.

*Respondet per distinctionem
in loco disciplinae & voluntatis.
in qua est aliquid
liberitatis in voluntate
in lege est obedi-
entia, in qua non
est obediens nisi liber
est voluntatis.*

Respondeo. Cum sit mentio Li-
beri arbitrij, non misceantur Stoica
deliramenta de Necessitate omnium
actionum in omnibus Elementis, in
pecudibus & hominibus, bonis & ma-
lis: Sed tantum nos ipsos aspiciamus,
& consideremus, quomodo Legi Dei
obedire homines aut non obedire pos-
sunt. Semper hæc simplex & vera di-
stinctio teneatur, disciplinae externæ
& iusticiæ Spiritualis.

Primum igitur de disciplina exter-
na hoc sciatur, omnes homines, etiam
non

DE LIBERO ARBITRIO.

non renatos, habere hanc libertatem;
id est, facultatem, ut aliquo modo possint
regere locomotivam, & facere ex-
terna opera congruentia cum Lege
Dei. Nam Paulus nominat quandam
iusticiam carnis, id est, quam homo
non renatus facit, quæ est externa ho-
nesta disciplina, id est, gubernatio ex-
ternorum operum iuxta Legem Dei.
Vult enim Deus hanc libertatem re-
liquam esse in homine, ut intelligatur
discrimen inter agens liberum, & in-
ter agentia non liberè: Sicut ignis
non potest non urere admota corpo-
ra. Item, ut sciamus ipsum Deum esse
agens liberrimum. Item, ut possit in
societate humana gubernatio aliqua esse
externorum membrorum. Ac ne-
quæquam vult Deus prorsus inutilem esse
uocem Legum in civili gubernatione
seu pædagogia, ideo inquit Paulus:
Lex pædagogus est, scilicet docens &
cohercens externa membra.

Secundò sciendum est, homines
sine Evangelio, & sine Spiritu sancto,
C 2 nec

nec posse inchoare interiorem obedi-
entiam, præceptam in Lege Dei, ui-
delicet uerum timorem Dei, ueram
fidem, inuocationem & dilectionem
Dei, iuxta hæc dicta Roma. 8. Qui
ducuntur spiritu Dei, hi sunt filij Dei.
Item: Si quis Spiritum Christi non
104.95 habet, non est ipseus. Item: Sine me
nihil potestis facere. Sit igitur notum
discrimen inter externam disciplinam
& inter motus interiores, qui fiunt
quotiescunq; filius Dei uoce Euange-
lij consolatur corda, & Spiritu sancto
accendit fidem & iuuocationem DEI,
& alios motus spirituales, de quibus
dicitur: Accepistis Spiritum claman-
tem Abba pater, id est, confugientem
ad Deum fiducia Filij, & in ueris pa-
uoribus mouentem corda, ut acqui-
escant in Deo, propter Mediatorem.

Et manifestissimum est, non posse
deponi uiribus naturalibus *ἀνάγκη*,
quæ nobiscum nascitur, quæ nomina-
tur Mala concupiscentia, & Mortem.
Nec posse hominem perfecte satisfacere

re

re Legi Dei. Dictum est igitur Roma.
8. Impossibile erat Lege iustificari.
Item: Sensus carnis Legi Dei non sub-
ditur, nec potest ei subdi. Propter hæc
testimonia perspicua sciamus falsam &
impiam esse opinionem Pelagianor-
um, quam sequuti sunt Monachi, qui
docuerunt, homines posse Legi Dei
satisfacere uiribus naturalibus, mereri
remissionem peccatorum, & esse iustos
Legis impletione.

Rursus etiam errores Manichæor-
um & Enthusiastarum fugiendi sunt.
Manichæi fingunt, alios homines or-
tos esse à bono Deo, qui necessariò be-
nefaciunt; alios à malo Deo, qui non
possint conuerti ad Deum. Enthus-
iastæ, Anabaptistæ & Stenckefeldia-
ni fingunt, expectandos esse uiolentos
raptus, qui hominem etiam repu-
gnantem conuertant. Has portentosas
opiniones fugiamus, & consideremus
ordinem à Deo sancitum: Fides ex au-
ditu est, auditus per uerbum DEI,
&c.

C 3

Colligit

Colligit Deus æternam Ecclesiam uoce Euangelij, & non aliter, arguit peccatum, & uult nos expauescere, non perseuerare in delictis contra conscientiam. Tradidit etiam promissionem gratiæ, cui uult nos assentiri, & non indulgere ^{dit} confidentiæ, sed luctari cum imbecillitate nostra, & simul petere auxilium Spiritus sancti, quem promisit ihs, qui se fide sustentant, sicut dicitur, Galat. 3: ut promissio Spiritus sancti detur credentibus. Item:

Luc. 11 Quanto magis Pater uester cœlestis dabit Spiritum sanctum petentibus, quasi dicat, non repugnantibus. Item: *Esai. 34* Petite & accipietis. Item: Conuerte me, & conuertar. Huc pertinent hæc dicta: Trahit Deus, sed uolentes trahit. Item: Gratiæ præeunte, comitante uoluntate.

Concurrunt igitur in conuersione hæc causæ, uerbum Dei, Spiritus sanctus, quem Pater & Filius mittunt, ut accendat nostra corda, & nostra uoluntas adsentiens, & non repugnans uerbo Dei. Ac ne indulgeamus diffiden-

dentia, considerandum est, utramq; concionem uniuersalem esse, concionem poenitentia, & promissionem gratiæ, sicut in Esaia expresse dicitur, capit. 53. Omnes nos quasi oues errauimus, unusquisque in uiam suam declinauit, & posuit Deus in eo iniquitates omnium nostrorum. Et de accusatione uniuersali passim obuia sunt testimonia: Omnis caro foenum. Item *Roma. 3*. Ut omne os obturetur, & reus sit totus mundus Deo. Rursus & promissiones uniuersales in conspectu sint: Concluit Deus omnes sub peccatum, ut omnium misereatur. Item: Omnis qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Item: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Item: Apud Deum non est ^{plena acceptatio} ~~proportio~~ ^{απολογία}. Hæc ueræ & dulcissimæ consolationes semper in conspectu sint, nec ponantur in Deo contradictoriæ uoluntates. Vult nos Deus credere Filio, & promittit gratiam omnibus confugientibus ad Filium, & petentibus auxilium, sicut

DE IUSTIFICATIONE.

Psalmus inquit: Beati omnes qui confidunt in eum. Non igitur repugnemus, sed assentiamur promissioni, & hanc preceationem assidue repetamus: Credo Domine, sed opem fer meam imbecillitati.

DE IUSTIFICATIONE.

Quid significat vocabulum iusticia?

Semper in hac doctrina initio consideretur, & quid uocabula significant iusticia, Gratia, Fides, & discernatur iusticia carnis à iusticia fidei.

Est autem iusticia carnis obedientia externa, iuxta omnia mandata Dei, quam homo etiam in hac imbecillitate naturalibus uiribus utcumq; efficere potest. Est autem hæc obedientia gubernatio locomotiuæ, id est, externorum gestuum, quæ fit cogitatione mentis.

DE IUSTIFICATIONE.

19
tis & uoluntatis, ciente aut reprimente organa locomotiuæ. Nominatur autem Litera, id est, pictura, quasi illita cerebro cogitatione, quia non est lux intuens Deum, nec est incendium & uita in corde, sicut folium ficæ tegebat externam deformitatem in Adam, non tollebat eam. Quanquam autem hæc diligentia rationis in regenda disciplina externa non meretur remissionem peccatorum, nec est iusticia coram Deo, nec est impletio Legis, tamen seuerissimè præcipit Deus, ut hanc disciplinam præstemus, & in hac mortali uita punit atrocibus pœnis, atrocem uiolationem disciplinæ, et nisi fiat conuersio ad Deum, punit eam æternis pœnis.

Sciamus autem quatuor esse causas, propter quas omnes, etiam non renati debent præstare disciplinam.

Prima est, Mandatum Dei, quia omnes creaturæ rationales, Deo obedientiam debent.

Secunda, Necessitas uitandi atrocis pœnas, iuxta dicta: Qui gladium
C 5 accer

DE LIBERO ARBITRIO.

acceperit, gladio peribit. Væ qui spoli-
 as, quia spoliaberis. Leuit. 18. de in-
 cestis: Omnis anima quæ fecerit has
 abominationes, euometur ex terra.
 Item: Scortatores & adulteros iudica-
 bit Deus. Sanxit autem has poenas
 Deus, & exercet, ut hæc tristia spe-
 ctacula commonefaciant nos de disci-
 mine honestorum & turpium, & ut
 sciamus esse Deum, & esse sapientem,
 castum, & vindicem scelerum, dein-
 de ut conseruetur societas generis hu-
 mani.

Tertia causa est, Necessitas non
 turbandi alios, quia homo non uiuit
 sibi tantum, sed etiam ut adiuuet com-
 munem conseruationem, iuxta di-
 ctum: Diligas proximum tuum sicut
 te ipsum.

Quarta, Ut disciplina sit pædago-
 gia in Christum, id est, quia Deus non
 est efficax in his, qui scientes perseue-
 rant in sceleribus contra conscientiam.

Dixi autem hanc Iusticiam carnis
 nequaquam esse integram obedientiam
 Legi

DE IUSTIFICATIONE.

Legi debitam, sed esse frenum exter-
 norum gestuum. Interea tamen in
 mente caligo est de Deo, plena dubi-
 tationum, & corda sunt sine uero ti-
 more Dei, sine fiducia, & sine dilectio-
 ne Dei, & magna incendia sunt ma-
 lorum adfectuum. Ideo discernenda
 est Iusticia carnis, ab integra obedi-
 entia, qualis fuisset in natura integra, &
 qualis erit, cum Deus erit omnia in
 omnibus. Illa integra obedientia seu
 conformitas cum Deo nominatur Iu-
 sticia. Gal. 5. Nos enim spiritu ex Fi-
 de spem iusticiæ expectamus, ubi Iu-
 sticia de integra nouitate dicitur. Sed
 interea saepe etiam in renatis Nouitas
 & bona opera renatorum dicuntur
 Iusticia. Quanquam enim nouitas in
 hac mortali uita non est integra, tamen
 placet propter Mediatorem, ut postea
 dicetur. Sic Matth. 5. Nisi abundaue-
 rit uestra iusticia, plus quam Scriba-
 rum & Pharisaorum. Et Roma. 6.
 Præbete membra uestra serua iusticiæ
 in sanctificationem. 1. Iohan. 3. Qui
 facit iusticiam iustus est. Et in Psalmo, 110.
 Feci

DE IUSTIFICATIONE.

Feci iudicium & iusticiam. Hæ formæ loquendi congruunt ad Legem. Ac prudenter discernenda sunt dicta propria Legis, & alia propria Euangelij de reconciliatione propter Mediatorem, ut; Iustificati fide pacem habemus.

Definitio apud Clementem loquitur de nouitate, & simul complectitur uniuersalem et particularem iusticiam: *Δικαιοσύνη ἐστὶ κοινωνία θεῶν μετὰ ἰσότητος*, id est, Iusticia est communicatio, qua Deus se nobis communicat, & est conseruatio ordinatæ æqualitatis. Prior pars loquitur de prima tabula, & de actionibus diuinis in renatis. Secunda de æqualitate, loquitur de actionibus ordinatis erga proximum. Hæc congruunt ad Legem, sed dextrè intelligenda sunt. Osiander ipsum Deum mouentem nos ad iusta facienda, nominat iusticiam. Hoc loquendi modo etiam si quis uolet uti, tamen prius dicendum est de Iusticia imputata propter filium Dei, qua Deo propter Mediatorem credentes placent. *Dis-
stin-*

DE IUSTIFICATIONE.

21

stinguenda est etiam causa, scilicet, Deus ipse, ab effectibus in nobis, & in infinitum anteferenda est obedientia filij Dei nouis actionibus, quæ sunt in nobis.

Postq̄ hæc legalia recitata sunt, nunc sciamus, quia iusticiam Legis integram, seu integram obedientiam, non habemus, ideo in promissionibus Gratia aliam iusticiam reuelari, scilicet imputatam propter filium Dei, quæ cum fide accipitur, Filius Dei simul est efficax in cordibus credentium, uiuificat & donat Spiritum sanctum, ut Roma. 5. dicitur: Per ipsum habemus gratiam, & donum per gratiam.

Nomen Gratia certissimum est hic intelligi oportere reconciliationem gratuitam propter Filium promissam. Deinde donum, sanctificationem & restitutionem uitæ æternæ, quæ simul omnia nominat Daniel, Iusticiam sempiternam. Verum est autem, sanctificationem & restitutionem uitæ æternæ fieri filio Dei per Euangelium con-
solan-

DE IUSTIFICATIONE.

folante nos, & dante Spiritum sanctum, & postea glorificante Ecclesiam post resurrectionem ex mortuis. Prorsus eodem modo loquitur Iohannes: Lex per Moysen data est, Gratia & ueritas per Iesum Christum facta est, id est, Remissio peccatorum & reconciliatio gratuita nobis propter obedientiam Filij donatur, & per eum fit ueritas, id est, uera & non euanescentia bona, sed aeterna bona nobis donantur, id est, in hac uita fit inchoatio uitae aeternae & conformitatis cum Deo, quae postea consummabitur, quia filius Dei incipit in nobis renouare imaginem Dei, cum suo uerbo nos assimilat per Spiritum sanctum, accendens tales motus, qualis ipse est. Non enim ideo annunciat remissio, ut maneat peccatum & mors, sed ut res ipsa abolantur, & iusticia & uita aeterna restituantur.

Cum igitur de iustificatione peccatoris dicitur, Necessesse est semper primum cogitare de remissione peccatorum

DE IUSTIFICATIONE.

rum, de reconciliatione, iuxta promissionem. Quia etiam si haberemus omnes Angelorum uirtutes, & non sciremus nos placere Deo, nullam consolationem haberemus.

Ideo iuxta Paulum semper hoc modo definimus Iustificationem: Iustificatio est acceptio remissionis peccatorum & reconciliationis, seu acceptationis gratuita propter filium Dei, quae cum fide accipitur, uerissimum est simul filium Dei corda uiuificare, dicere consolationem in cordibus per Euangelium, & Spiritu sancto accendere tales motus, qualis est ipse, iuxta dictum: Dabo legem meam in corda eorum. Quia igitur necesse est accipere remissionem peccatorum, & nouitas non est integra in hac uita, Paulus nominat imputationem iusticiae, reconciliationem, qua propter Mediatorem recipimur.

Quis est usus nominis
Gratiae?

Gratia

DE IUSTIFICATIONE.

Gratia apud Paulum in hac doctrina significat Ebraea phrasi misericordiam gratuitam, uidelicet remissionem peccatorum & reconciliationem, seu acceptationem gratuitam propter filium Dei, quae cum fide accipitur, simul Filius Dei, uiuificat corda, & per Euangelium dicit consolationem in corde, & accendit Spiritu sancto tales motus, qualis ipse est. Sic nominat Paulus gratiam, & donum per gratiam, ut supra dictum est.

Quis est usus nominis
Fidei?

Fides est assentiri omni uerbo Dei nobis tradito, atq; ita promissioni gratiae, & est fiducia acquiescens in Deo propter Filium, accedens ad Deum, & inuocans eum, & clamans Abba pater, quae sentitur in credentibus, & in ueris pauoribus adfert consolationem & laeticiam, iuxta dictum: Iustificati fide pacem habemus,

Comple

DE IUSTIFICATIONE.

3
Complectimur ergo appellatione fidei omnes articulos simul, & nominatim hunc articulum: Credo remissionem peccatorum, & uitam aeternam, qui sic intelligendus est in uera conuersione: Credo remissionem peccatorum non tantum alijs dari, sed mihi quoq;. De hac fide, qua sibi unusquisq; in conuersione & consolatione promissionem applicat, loquitur Paulus Roma. 4: Ideo ex fide gratis, ut sit firma promissio. Promissio autem & ceteros articulos Symboli continet. Haec plana & perspicua sunt in uera consolatione & uocatione.

Ac discrimen conspici necesse est, inter noticiam historiae, qualis est in Diabolis & Impijs, & hanc fidem, quae simul & historiam nouit, & est adensus, quo promissionem gratiae amplectimur, & fiducia, qua agnoscentes promissionem, acquiescimus, & laetamur in Deo propter Filium.

Sunt igitur in conspectu haec duo dicta: Daemones credunt & contres
D miscunt

DE IUSTIFICATIONE.

miscunt, id est, norunt historiam, & eò furiosius irascuntur, quia certò norunt, Filium Dei iudicaturum esse, & prospiciunt suas pœnas, quibus in tota aeternitate cruciabuntur. Promissionem uerò Gratia sciunt ad solos homines pertinere, iuxta dictum: Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis, &c. Hæc noticia in Diabolis in infinitum discernenda est ab hac fide, de qua dicitur: Iustificati fide pacem habemus, quæ est assentiri omnibus artificialibus symboli, & promissioni, & qua credis, tibi ipsi remitti peccata, cuius fidei proprietates dulcissimè recitantur Epheli. 3. cùm inquit, nos hac fide habere *πιστις* & fiduciam accedendi ad Deum. Saul oppressus dubitatione horribili fremitu fugit Deum, optat se redigi in nihilum, sicut scriptum est Lucae 23. Dicent montibus, cadite super nos. Dauid autem audita consolatione, erigitur fide, accedit ad Deum, & audet inuocare, sicut inquit: Sustinuit anima mea in uerbo eius,

DE IUSTIFICATIONE.

eius, sperauit anima mea in Domino, à uigilia matutina usque ad noctem. Et hac fide simul ipse Filius Dei *λόγος* dicit consolationem in corde tuo, & uiuificat te, & extrahit te ex inferis, ac ostendit misericordiam Patris uoce Euangelij, & dat Spiritum sanctum lætificantem nos. Ideò inquit Paulus Ephes. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus nostris. 1. Iohannis 4. In hoc scimus, quòd in eo manemus, & ipse in nobis, quia ex spiritu suo dat nobis. Et Athanasius inquit: Vbicunque dicitur Spiritus sanctus in aliquo esse, ibi est per Verbum.

Differt igitur fides, de qua dicitur: Iustificati fide pacem habentis, à noticia, qualis est in Impijs, obiecto & causa efficiente. Quia uera fides intuetur promissionem, & accenditur per Filium DEI, qui Spiritu sancto cor lætificat, & ad inuocationem exuscitat.

DE IUSTIFICATIONE.

Quomodo accipit homo remissionem peccatorum, & reconciliationem, seu iustificationem, & donationem Spiritus sancti & uitæ æternæ.

Respondeo. Homo in conuersione, id est, in ueris doloribus & paoribus accipit remissionem peccatorum, propter Mediatorem Filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, Deum & hominem, Gratis sola fide, non propter propriam dignitatem, seu propter uirtutes proprias aut propria opera, seu merita. Et in his paoribus semper sit in conspectu discrimen Legis & Euangelij, & sciamus æternum & immutabile mandatum Dei esse, ut credamus nos recipi propter filium iuxta dictum: *Viuo Ego dicit Dominus, nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat.* Item: Gratia exuberat supra delictum. Cumq; erigimur fide, & accipimus remissionem peccatorum, filius Dei uerè est efficax & uoce

DE IUSTIFICATIONE.

& uoce Euangelij dicit consolationem in cordibus, ac fide simul accipimus imputationem iusticiæ seu reconciliationem, & Spiritum sanctum, & efficiamur hæredes uitæ æternæ, gratis propter Christum. Hæc omnia comprehendit dictum: Iustificati fide pacem habemus. Et Gala. 3. Ut promissionem Spiritus accipiamus per fidem. Et Romanos 5. Iustificati sanguine ipsius seruabimur per eum ab ira eius. Huc adiungantur alia testimonia, ac præcipuè propositio Epistolæ ad Romanos capite 3. & confirmatio capite 4.

Contra.

I. Argumentum.

Vbi multa simul sunt, non est ponenda Exclusiua.

In conuersione multa simul sunt, ut, contritio, fides, di-

D iij lectio

DE IUSTIFICATIONE

lectio, bonum propositum,
spes, & alix uirtutes,

Ergo non est dicendum, sola fide
de iustificamur.

Respondeo ad minorem: Quamquam multæ uirtutes simul sunt in conuersione, tamen non sunt causæ seu merita iustificationis, id est, remissionis peccatorum & reconciliationis & uiuificationis, & donationis uitæ æternæ: Sed solius Filij Dei obedientia, est causa seu meritum iustificationis. Hic est propiciator, ut Romanos 3, dicitur. Et Iohannis 1, Sanguis Iesu Christi purificat nos ab omni peccato.

II. Argumentum.

Impossibile est, ullam rem esse
iustam sola noticia,

Fides est tantum noticia,

Ergo non est dicendum, sola
fide.

Respon

DE IUSTIFICATIONE.

26

Respondeo ad minorem: Fides non significat hic noticia, qualis est in Diabolis, sed comprehendit noticia omnium articulorum fidei, & fiduciam in uoluntate acquiescentem in Deo, propter Mediatorem, agnita misericordia in promissione. Quia Fides de qua Paulus loquitur, est ad sensum, quo omni uerbo Dei nobis tradito adsentimur, ac simul etiam promissioni gratiæ, cum quo ad sensu inseparabiliter coniuncta est fiducia acquiescens in Deo, iuxta promissionem. Sed noticia præcedere necesse est, quia noticia sunt apprehensiuæ. Et in hoc ipso ad sensu Filius Dei est efficax, dicit uoce Euangelij consolationem in corde tuo, ostendit uoluntatem Patris, retrahit cor ex inferis, & uiuificat te, & dat arrabonem Spiritum sanctum, qui accendit læticiam & inuocationem in corde, iuxta dicta: Accipitis Spiritum clamantem abba Pater. Item: Effundam super domum Dauid Spiritum gratiæ et precum etc. Quod autem Fides sit ad sentiri pro-

D 4 missi

DE IUSTIFICATIONE.

missioni gratiæ, manifestum est ex capite 4. ad Romanos. ubi Paulus correlative copulat promissionem & fidem. Ideo ex fide gratis, ut sit firma promissio.

III. Argumentum.

Fide sumus iusti.

Fides est opus.

Ergo operibus sumus iusti.

Respondeo ad maiorem: Propositio hæc, Fide sumus iusti, intelligitur correlative, videlicet per misericordiam sumus iusti propter filium Dei, & id beneficium oportet fide accipi. Quam enim fides est excellens uirtus, tamen etiam est imperfecta & languida. Et hoc uult doctrina Ecclesiæ, credentes per misericordiam propter filium Dei accipere remissionem peccatorum & reconciliationem, ac placere non propter propriam dignitatem. Ideo inquit Paulus, sumus dilecti

in

DE IUSTIFICATIONE.

in dilecto, id est, propter Filium. Alij quarunt alias responsiones, quas hoc loco omitto.

III. Argumentum.

Iusticia est obedientia secundum omnes uirtutes, seu iuxta totam Legem, seu conformitas cum Deo.

Fides non est omnes uirtutes.
Ergo non est iusticia.

Respondeo. Maior est uera de Iusticia Legali. Quia uero Legis iusticiam (scilicet integram obedientiam interiorem & exteriorem) non habemus, hanc ipsam ob causam immensa misericordia patefecit Deus promissionem de Gratia, & imputata iusticia propter meritum filij Mediatoris. Et simul fit inchoatio obedientiæ seu conformitatis cum Deo, iuxta dictum. 2. D v Corint.

DE IUSTIFICATIONE.

Corinth. 3. Transformamur in eandem imaginem, tanquam à Domini Spiritu.

V. Argumentum.

Deus iustificat,
Deus est dilectio,
Ergo dilectio iustificat,

Respondeo. Concedo totum, si sine ambiguitate argumentum intelligatur. Deus est dilectio, scilicet, qua nos diligit, id est, est essentia uerè ac seriò diligens homines propter Filium. Et hæc dilectio, qua Deus nos diligit propter Filium, iustificat. Huius propositionis correlatiua est: Fide iustificamur, id est, hac fide qua agnoscimus & statuimus nos diligi propter Filium. Aduersarij uerò cogitant, nos iustos esse dilectione, qua homo diligit Deum.

VI. Argumentum.

Vire

DE IUSTIFICATIONE.

Virtutes non sunt confundendæ, cum Paulus discernat: Fides, Spes, Dilectio, tria hæc, sed maior inter has dilectio, 1 Cor 13

Fiducia est actio seu actus spei,
Ergo fiducia est discernenda à Fide,

Respondeo ad maiorem. Verum est, uirtutes nō esse confundendas, sed rectè intelligenda sunt discrimina. Nam Fides non est tantum noticia, sed est simul assentiri promissioni, in qua offeruntur remissio peccatorum, reconciliatio, donatio Spiritus sancti & uitæ aternæ. Et est fiducia acquiescens in DEO propter Mediatorem, accedens ad Deum, & accedens in uocationem, & clamans abba Pater. Et quia Fides in præsentia accipit remissionem peccatorum & reconciliationem, est fiducia præsentis beneficii. Sed spes est certa expectatio uitæ aternæ

DE IUSTIFICATIONE.

æternæ, gratis dandæ propter Mediatorem, & est expectatio mitigationis pœnarum corporalium iuxta uoluntatem Dei. Cùm igitur fiducia nominatur actus spei, intelligitur fiducia futuræ liberationis, seu futuræ mitigationis, Dilectio est obedientia quæ prælucente fide præstatur Deo, iuxta omnia mandata, sic ut cor latetur in Deo.

VII. Argumentum.

Mala opera damnant.

Ergo bona saluant, quia contraria habent contrarios effectus.

Respondeo. Contraria, si sint pariter integra, habent contrarios effectus. Sed mala opera sunt integrè mala, quod de non renatis manifestum est. Nam etiamsi in Aristide & Scipione sunt magnæ uirtutes, quia nisi esset aliquorum gubernatorum excellens uirtus & sa-

DE IUSTIFICATIONE.

& sapientia, non posset conseruari humana societas: Tamen hæc uirtutes non sunt impletio Legis, manent in corde tenebræ de Deo, & de Filio Dei, dubitationes & horrendi fremitus aduersus Deum. Deinde manifestum est, etiam in renatis, quanquam est in eis inchoata obedientia, tamen non esse integram legis impletionem. Ideo dicitur in Psalmo: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Et Iob Cap. 9. inquit: Verè scio, quod non iustificetur homo coram Deo, Cum igitur non sit integra obedientia, non ualet consequentia: Mala opera damnant. Ergo bona opera saluant, quia contraria non sunt æqualia. Hæc antithesis illustrat beneficium Christi, qui tegit reliquias peccati in renatis, iuxta dictum: Beati quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata, id est, renati placent propter mediatorum fide, non propter propriam dignitatem, quia inchoata obedientia adhuc procul abest à perfectione Legis.

VIII. Ara

DE IUSTIFICATIONE.
VIII. Argumentum.

Impossibile est nosse uoluntatem Dei erga nos, iuxta dictum: Quis consiliarius eius fuit? Rom. 11. 34. 35.

Credere quod habeas remissionem peccatorum, est aliquid adseuerare & adfirmare de uoluntate Dei erga nos,

Hæc igitur affirmatio est impossibilis.

Respondedo. Hæc ipsa imaginatio Academica seu Pyrrhonica omnium hominum mentes turbat. Sed maiorem constantissimè negari oportet de uoluntate reuelata. Ac primum de Lege manifestissimum est, sciri uoluntatem Dei in Lege reuelatam, iuxta dicta: Nolite errare, scortatores, adulteri, homicidæ non possidebunt regnum

DE IUSTIFICATIONE.

gnum Dei. Lex enim ideo patefacta est in creatione, & deinde saepe repetita, ut sciatur quòd sit Deus, & qualis sit, & quòd uelit nos esse conformes suæ sapientiæ, quòd sit uindex. Et huic noticiæ addit testimonia in quotidianis & horribilibus pœnis scelerum.

Secundò etiam immensa bonitate Deus propter Filium et per eum reuelauit uoluntatem de remissione peccatorum & reconciliatione in Euangelio, iuxta dictum: Filius qui est in sinu Patris, ipse enarrauit nobis. Hanc ipsam ob causam tradita est promissio gratiæ, quia ratio naturalis non uidet hanc admirandam uoluntatem Dei de remissione. Et hæc reuelatio de reconciliatione & restitutione humanæ naturæ per Filium, discernit Ecclesiam ab omnibus gentibus. Ideo sciendum est, hanc reuelationem opponendam esse naturali & Academicæ dubitationi.

Sed opponit hoc argumentum humana ratio: Addita est conditio Legis.
Hoc

DE IUSTIFICATIONE.

L. 1. 10

Hoc fac & uiues. Cum igitur non satisfiat Legi Dei, dubitandum est &c. Respondeo, Et hoc ipsum in reuelatione Euangelij considerandum est, ideo immensa misericordia missum esse Filium, ut nos à maledictione Legis redimeret, & gratis propter Filium donari reconciliationem. Quanquam autem pœnitentia necessaria est (siue parua, siue magna) tamen remissio non pendet ex dignitate nostra, sed propter Mediatorem & gratuita & certa est. Dauid post lapsum agens pœnitentiam, statuit se uerè recipi in gratiam aucta hac uoce: Dominus abstulit peccatum tuum. Eadem est uox Euangelij ad singulos agentes pœnitentiam. Et mandatum immutabile est, ut filio Dei credamus: Hunc audite: In hac breui responsione fontes considerentur, patefactio, & discrimen Legis & Euangelij, discrimen uoluntatis reuelatae, & non reuelatae etc.

IX. Argumentum.

Prorsus

DE IUSTIFICATIONE.

20

Prorsus simile argumentum est, quod huc detorquetur ex capite 9. Ecclesiastæ non rectè enarrato. NESCITHOMO, AN AMORE VEL ODIODIGNVS SIT.

Respondeo. Hæc sententia prorsus congruit cum doctrina de Fide, quam recitauimus, quia reuocat homines in iudicando à spectaculis humanorum euentuum in hac uita ad uerbum. Non iudicet homo de fauore & odio Dei ex secundis aut aduersis rebus in hac uita, ut: Dauid non iudicet se abiectum esse à Deo, etiamsi est expulsus regno. Achab non iudicet se placere Deo, etiamsi est Rex potens & victor. Sed Dauid iudicet ex uerbo Dei, se placere Deo, quanquam exulem, quia dictum est: Dominus abstulit peccatum tuum. Achab iudicet se displicere Deo, quanquam est Rex potens & gloriosus, quia scriptum est: Maledictus omnis, qui facit idolum, quod est abominatio Deo.

1024

E

Peripit

DE IUSTIFICATIONE.

Perpicuum est igitur, dictum Sa-
lomonis prorsus congruere cum no-
stra sententia quæ iubet de uoluntate
Dei ex uerbo iudicare. Nec difficile
est copiosè refutare enarrationes Pa-
pistarum. Insaniunt enim si hoc dicunt,
non scire homicidas & adulteros, an
sint digni odio Dei. Manifestè igitur
apparet ipsorum interpretationes esse
tetram corruptelam.

Sed Regula uniuersalis teneatur:
De uoluntate Dei ex uerbo ipsius ius-
dicandum esse. Et uerbum Dei uniuersaliter omnes damnat, qui non sunt
conuersi ad Deum, iuxta dicta 1. Co-
rinth. 6. Nollite errare, idolatra, ho-
micide, adulteri, &c. non sunt hæres
des uitæ æternæ. Item: Qui non cre-
dit in Filium, manet ira Dei super
eum. Rursus uniuersaliter recipit
Deus omnes, qui in conuersione seu
pœnitentia credunt in Filium, iuxta
dicta: Vivo ego, dicit Dominus, no-
lo mortem peccatoris, sed ut conuerta-
tur & uiuat. Item: Sic Deus dilexit
mundum

DE IUSTIFICATIONE.

31

mundum, ut Filium suum unigenitum
daret, ut omnis qui credit in eum, non
pereat, sed habeat uitam æternam.
Hæ regulæ summæ semper in consp-
ctu sint, quæ multis alijs sententijs lu-
cem adferunt.

X. Argumentum.

Cum dictum sit: Delicta quis in-
telligit, Nemo potest omnia
sua peccata scire,
Ergo possibile est, hominem has
bere delictum ignotum, pros-
pter quod displiceat Deo,
Quare non est affirmandum,
quod placeat Deo.

Respondeo. Nego consequenti-
am, & ratio est, quia firmissimè reti-
nenda est Regula: Omnis conuersus
ad Deum, rectè tenens fundamen-
tum, debet credere, se placere Deo,
E 2 etiam

Regula

DE IUSTIFICATIONE.

etiam si habet delicta ignorantia, sicut in omnibus hominibus magna haeret infirmitas. Ac propterea traditur doctrina de remissione propter Filium, iuxta dictum: Beati quorum remissae sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Quia in nobis non est integra impletio Legis.

XI. Argumentum.

Nemo placet Deo, nisi habens nouas uirtutes, ortas a Spiritu sancto,

Nemo potest, affirmare, se habere illas uirtutes, quia possunt esse uirtutes similes ortae a ratione,

Ergo nemo potest affirmare, se placere Deo.

Respondco. Nego inuicem, quia in uera conuersione seu poenitentia utrunq;

DE IUSTIFICATIONE.

31

utrunq; debemus affirmare, & quod detur remissio propter Mediatorem, & simul uiuificemur per Filium dato Spiritu sancto, erecti uoce Euangelij. Et quanquam intueri mens Mediatorem debet, non nouitatem in nobis, tamen simul in ueris doloribus sentit hanc consolationem, iuxta haec dicta: Iustificati fide pacem habemus. Item: Clamamus abba pater. Et recte inquit Augustinus: Credens scit se credere, scilicet in doloribus sentiens consolationem.

De hoc argumento non solum aduersarij dimicant, sed etiam pia mentes apud sese quaerunt, an Deo placeant, cum sentiant infirmitatem, nec sentiant illustres motus laetitia in Deo.

Et STE nckefeldius turbat pijs mentes his clamoribus: Ideo statuas te iustum esse, quia sentis in te Deum habitare, te habere ingentes motus laetitia in Deo. Sic adducit homines a conspectu Mediatoris, & a promissione, ad Nouitatem propriam.

¶ E 3 Contra

DE IUSTIFICATIONE.

Contra has imaginationes teneatur hic uerus ordo: Cum dolores non sunt simulati in pœnitentia, corda intueantur non uirtutes in nobis, sed Mediatorem in uerbo ostensum, & cogitatione scriptæ promissionis sustentent, & sciant, se uoci Euangelij debere assentiri, & non quærere alias illuminationes. Hoc cum faciunt, experiuntur consolationem. Estq; hoc discrimen inter assensionem philosophicam & fidem. Sequitur assensio experientiam in Philosophia. Ut medicus expertus Zinzibere calefieri uentriculum, postea hoc adfirmat. Sed in diuina consolatione prius assensio est uerbo externo, deinde sequitur sensus consolationis. Hæc in ueris exercitijs pœnitentiæ & inuocationis discenda sunt.

XII. Argumentum.

Remittite & remittetur uobis,
Ergo nostra condonatio mereatur remissionem peccatorum.

Respon


DE IUSTIFICATIONE.

33
Respondeo. Nego consequentiam, quia fallacia est à non causa ut causa. Quia in illo dicto prior pars est præceptum seu prædicatio pœnitentiæ. Altera pars est promissio, de qua ex Euangelio sciri necesse est, quod propter Mediatorem gratis detur remissio credentibus. Nec ualet consequentia: Nostra contritio est necessaria, Ergo est causa remissionis. Et perspicua est refutatio de hoc dicto. Quia si cogitandum esset, propter nostram condonationem dari remissionem, fieret incerta reconciliatio. Quanquam enim conuersi repugnant odij, tamen aliqua cicatrix seu imbecillitas in nobis manet.

Hæc simplex responsio congruit ad multa dicta, in quibus primum conuicio pœnitentiæ proponitur, deinde promissio, ut apud Daniele: Liberata te à peccatis iusticia & eleemosynis erga pauperes, & erit sanatio delictorum tuorum. Prior pars præcipit emendationem, nec tantum loquitur de eleemosynis, sed de conuersione

VE 4

iuxta



DE IUSTIFICATIONE.

iuxta omnia praecepta, id est, agnoscas verum Deum, qui se patefecit in Israel, & promisit remissionem propter venturum Dominum, etc. Deinde sit & gubernatio tua iuxta, non sis crudelis contra captivam Ecclesiam Dei. Sic intelligatur concio Regia de magnis rebus, & de nostra conversione. Postea promissio consideretur de remissione peccatorum, de reconciliatione hominis Ethnicus, & polluti horribili idolomania. Nec dubium est ab ipso Daniele hanc promissionem copiosius enarratam esse, & Regi dictum esse, cur detur promissio, per quem restituatur iusticia & vita aeterna, & promissionem fide accipiendam esse. Eadem responsio est ad concionem Esaiæ. 1. Desinite male facere, si peccata uestra sunt ut coccinum, eritis candidi ut nix.

XIII. Argumentum.

Maxima uirtus maxime iustificat,

Dilectio

DE IUSTIFICATIONE.

37

Dilectio est maxima uirtus,
Ergo maxime iustificat.

Respondeo. Concedo totum argumentum de iusticia Legis. Sed quia non habemus integram iusticiam Legis, Euangelium concionatur de alia, & docet imputari credenti iusticiam propter Mediatorem. Hæc est simplex & uera responsio, quæ prolixius explicari potest, si quis postulat. Ac sciendum est, longe aliud esse, loqui de collatione uirtutum inter sese, aliud de remissione peccatorum & reconciliatione coram Deo.

XIII. Argumentum.

Si uis in uitam ingredi, serua mandata,

Math. 19

Ergo & fieri Lex potest, & bona opera merentur uitam eternam.

¶ 5 Respons

DE IUSTIFICATIONE.

Rom 10
 Respondeo breuiter. Intellige, serua mandata, scilicet complectendo Euangelium. Nam Christus finis est Legis. Ac semper legalibus dictis necesse est addere uocē Euangelij, quod docet fide reconciliari hominem, & simul inchoari obedientiam accepto Spiritu sancto, & placere inchoatam obedientiam propter Mediatorem, etiam si languida & infirma est. Hæc *in fine* expressa est Roma. 8. Idem igitur uult dictum Pauli: Milita bonam militiam retinens fidem & bonam conscientiam. Hinc non sequitur, Legi satisfieri in hac uita, quia uox Euangelij expressè dicit: Sensus carnis non est subditus Legi, ac ne potest quidem subdi. Ac non sequitur, Bonæ opera esse meritum uitæ æternæ, quia fides præluens gratis accipit propter Mediatorem remissionem peccatorum & hæreditatem uitæ æternæ.

XV. Argumentum.

Qui

DE IUSTIFICATIONE.

35
 Qui non diligit, manet in morte,
 149

Ergo non sola Fide sumus iusti.

Respondeo. Nego consequentiam: Quia est fallacia à non causa, ut causa. Et si enim uerissimum est, dilectionem esse in conuerso, tamen dilectio non est causa seu meritum remissionis peccatorum, seu iustificationis, seu reconciliationis. Vt uerissimum est, Qui non mouetur, non uiuit, nec tamen sequitur, motum causam esse uitæ, sed uita est immediata causa motus: Ita fides agnoscens misericordiam Dei propositam propter Mediatorem, ostendit bonitatem Dei, quæ cognita, accenditur dilectio DEI, & cor subijcit se Deo. Hæc responsio ad similia dicta congruit. Si omnem fidem habeam, dilectionem autem non habeam, nihil sum. Concedo totum. Quia uerum est, oportere in reconciliato fidem & dilectionem esse, sed non

DE IUSTIFICATIONE,
non sequitur, dilectionem esse causam
seu meritum reconciliationis.

XVI. Argumentum.

Naturalia sunt immutabilia,
Dubitatio de reconciliatione
est naturalis, ut nunc quis
dem nascimur,

Ergo est immutabilis.

Respondeo. Concedo esse immu-
tabilem in hac depravatione, sine uo-
ce Euangelij, & sine auxilio diuino.
Sicut Adam non solum in dubitatione
mansisset, sed etiam oppressus esset
aeterna desperatione, si promissio gra-
tiae non prolata esset ex sinu aeterni Pa-
tris, & per uerbum Deus flexisset
cor Spiritu sancto ad assensionem, &
sic in illa consolatione Filius uoce E-
uangelij primos parentes retraxisset
ex morte. Hoc exemplum intueamur,
quod ostendit quomodo fiat haec
cons

DE IUSTIFICATIONE. 30
consolatio & liberatio a dubitatione,
& docet promissionem Euangelij non
esse natura notam, & discernendam
esse a lege & ab alijs naturalibus no-
ticijs.

XVII. Argumentum,

Remittuntur ei peccata multa,
quia dilexit multum,

Ergo propter dilectionem fit re-
missio.

Respondeo. Duplex est absolu-
tio. Altera priuata conscientiae luctan-
tis cum iustitia Dei. In hac absolutione
necesse est intelligi, quod fide ac-
cipiatur remissio, non propter nostras
uirtutes. Ideo & hic inquit Domi-
nus: Fides tua saluam te fecit. Nec
nititur fides dilectione nostra, sed tan-
tum misericordia promissa propter
Mediatorem. Nec exiltere dilectio
potest, nisi sit apprehensa remissio:
EHE

DE IUSTIFICATIONE.

Hæc pertinet dictum: Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent, falsos fieri per nomen eius, omnes, qui credunt in eum.

Altera est absolutio publica coram Ecclesia. In hac conspici necesse est ab alijs testimonia conuersionis, ut hic Christus Phariseo ostendit, cur eam recipiat, quia extent testimonia conuersionis.

Si cui hæc solutio non placet, utatur altera: Visitata sunt Synechdochæ. Remittuntur ei multa, quia conuersa est. Et tamen Synechdoche explicanda est. Cum multæ sint partes conuersionis, contritio, fides, dilectio, spes, bonum propositum, tamen sciendum est, dari remissionem, non propter dignitatem harum uirtutum, sed propter Mediatorem. Hæc declaratio sumitur ex Paulo, dimicante de partibus Grata fide propter Mediatorem.

XVIII. Argumentum.

Vita

DE IUSTIFICATIONE.

37

Vita æterna nominatur merces, *math 20.*

Ergo est debita pro operibus.

Respondeo breuissimè. Phrasis nota est, Mercedem dici non tantum compensationem debitam, sed fructum qui sequitur. Deinde uerum est, uitam æternam, etiamsi propter aliud datur, tamen etiam esse mercedem, quia compensat benefacta, ut patrimonium est merces officiorum filij, etiamsi accipitur propter aliam causam.

Considerandum & hoc est. Sæpe utuntur Prophetæ phrasi Legis, ubi tamen interpretatio ex Euangelio sumenda est. Ut, Reddet unicuique secundum opera sua, ubi tota conuersio intelligitur, & tamen sciendum est fide primum gratis reconciliationem accipi, postea placere Deo fidem & inchoatam obedientiam. Et piæ mentes semper sonare deget dictum Iacob: Minor sum cunctis miserationibus tuis. *Gen 32.*

XIX. Arg

DE IUSTIFICATIONE.
XIX. Argumentum.

Jacob 2. Videtis igitur, quod
ex operibus iustificatur ho-
mo, non fide tantum.

Respondeo. Manifestum est, in
Iacobo fide tantum intelligi noticiam
historiæ, de qua noticiã dicit: Dämo-
nes credunt & contremiscunt. Fate-
mur autem, neminem esse iustum sola
illa noticiã, sed Paulus loquitur de fide
quæ est agnitio & fiducia misericor-
diæ, quæ pacem adfert cordibus, ut
inquit: Iustificati fide pacem habemus.
Et discrimen in vera conversione in-
telligitur, in qua fides vincit veros pa-
uores, & est motus Spiritus sancti,
qua corda viuificantur, & accenditur
vera inuocatio, qua clamamus, Abba
pater, ut dicitur in Zacharia: Effun-
dam super domum David Spiritum
gratiæ & precum. Non igitur pug-
nat Iacobus cum Paulo, sed de alia re
loquitur.

Deinde

DE IUSTIFICATIONE.

Deinde cum ait: Ex operibus ius-
tificamur, phrasis intelligenda est.
Non enim hic iustificari est reconcili-
ari, sed postea habentes bona opera
iustificantur, id est, approbantur, ha-
bentes iusticiam operum, quæ in re-
conciliatis iam placent Deo.

XX. Argumentum.

Iustificare est ex iniusto iustum
facere,
Iustus est habens iusticiam, id
est, obedientiam integram,
seu conformitatem cum Deo,

Ergo non sola Fide iustifica-
mur.

Respondeo ad Maiorem. Iustifi-
care iuxta doctrinam Euangelij pri-
mum est ex reo non reum facere.
Nam hoc agitur in ueris doloribus,
quæritur remissio peccatorum & re-
conciliatio. De hac dimicat consci-
entia

F entia

DE IUSTIFICATIONE.

entia. Ideo Acto, 10. dicitur: Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes, qui credunt in eum. Sic clamat Propheta: Saluum me fac propter misericordiam tuam. Etsi autem uerum est, in hac consolatione, cum fide eriguntur corda, & retrahuntur ex inferis, simul dato Spiritu sancto inchoari obedientiam, & habitare Deum in corde renato, tamen semper hæc consolatio præluceat, quod credens placeat propter Mediatorem. Ideo iustificare primum hic significat ex reo non reum facere, et hanc relationem in uerbo iustificare comprehendit Paulus, cum inquit: Iustificati fide pacem habemus. Et nititur fides obedientia Christi, non propria nouitate. In infinitum enim anteferenda est Christi obedientia nostræ nouitati, sicut Paulus inquit: Iustificati sanguine ipsius.

Quare necesse est retineri exclusiuam, Sola fide, seu
 Gratis? Pro?

DE IUSTIFICATIONE

39
 Propter quatuor causas. Primum, ut tribuatur honos debitus Filio Dei, quod hæc sola hostia sit præcium pro nobis, iuxta dictum: Hic est agnus Dei, qui tollit peccata mundi.

Secundò, ut conscientia habeant firmam consolationem, iuxta dictum Roma. 4. Ideo ex fide gratis, ut sit firma promissio. Si .n. penderet remissio ex dignitate nostrorum operum, semper esset incerta, opprimerentur perterrefactæ mentes desperatione.

Tertia causa est, ut conspiciatur discrimen Legis & Euangelij, quia particula Gratis fide propter Mediatorem, præcipue discernit Legem & Euangelium.

Quarta, ut inuocatio fieri possit, quæ impeditur conspectu nostræ infirmitatis. Ideo accedendum est ad Deum fiducia solius Mediatoris, iuxta dictum: Per hunc habemus accessum.

Item Ephe. 3. In hoc habemus fiduciam & accessum in confidentia per fidem eius &c.

DE BONIS OPERIBVS.
DE BONIS OPERIBVS
bus quæstiones
tres.

- I. Quæ opera docenda & faciendæ sint.
- II. Quomodo placeant Deo.
- III. An maneat in sanctis peccata in hac uita, & quæ peccata.

De prima quæstione.
Quæ opera docenda & faciendæ sunt ?

Respondeo. Præcepta in decalogo rectè intellecto, iuxta dictum Ezechielis 20. In præceptis meis ambulate, & facite ea. Ideo enim Deus immensa bonitate etiam uocem Legis Moralæ in Ecclesia semper inde usque ab Adam sonare uoluit, ut arguat peccatum, & ostendat, quæ opera & qui cultus Deo placeant, ut regantur corda uerbo Dei in fide & operibus, iuxta dictum: Lucerna pedibus meis uerbum

DE BONIS OPERIBVS.

40

bum tuum. Et in capit. 15. Numeri: Non sequantur cogitationes suas, & oculos meretricios, sed memores præceptorum Domini faciant ea, & sint sancti Deo: Ego Dominus Deus uester, qui eduxi uos de terra Aegypti. Et cum Iohannes inquit: Peccatum est, quicquid contrarium est Legi, uult sciri, normam esse operum Legem Dei. Et statim addit: Qui facit peccatum, ex Diabolo est. 1. Corinth. 6. Scortatores, Idolatræ, adulteri &c. regnum Dei non possidebunt.

Execrandi sunt igitur ἀντινομοι, qui nolunt doceri legem Moralem in Ecclesia, & fingunt omnes suos impetus esse motus spiritus sancti, et nolunt gubernari Lege Dei. Hæc deliramenta Antinomorum sunt horrendi furores diabolici, quales fuerunt olim similia sectarum multarum, aduersus quos muniamus nos uerbo Dei: In præceptis meis ambulate. Item: Pater sanctifica eos in Veritate, sermo tuus est Veritas. Petamus etiam ardentibus
F 3 uotis

DE BONIS OPERIBVS.

notis, ut ipse Filius Dei Gubernet nos, ne contagijs errorum polluamur, sicut precatur Propheta: Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam, & iustificationes tuas doce me.

Secunda quæstio.

Quomodo placent bona opera Deo?

Respondeo, Placent in conuersis ad Deum hoc modo. Primum necesse est credere, quòd persona sit reconciliata Deo propter Christum gratis, fide, non propter dignitatem nostram.

Secundò sciendum est, nos non satisfacere Legi, sed herere in nobis multa interiora peccata, dubitationes & malas inclinationes, peccata ignorantia et omissionis, Et deploranda est nostra immundities, & repugnandum dubitationibus & affectibus.

Tertiò sciendum est, tamen oportere in nobis esse inchoatam obedientiam iuxta præcepta Dei, & hanc Deo placere

DE BONIS OPERIBVS.

placere in reconciliatis propter Mediatorem, sicut dictum est, offerte Deo hostias spirituales, placentes Deo propter Iesum Christum.

Tertía quæstio.

Manent ne peccata in Sanctis in hac uita?

Respondeo, Sunt & manent peccata in renatis in hac uita, uidelicet, non delicta contra conscientiam, sed interiora mala, multum caliginis & dubitationum, multæ ignorantia, omissiones, prauæ inclinationes, & flammæ malorum adfectuum, quibus tamen repugnant sancti Spiritu, retinentes timorem Dei, fidem & inuocationem, nec ruentes contra conscientiam, sed deplorantes nostram infirmitatem, ac petentes & credentes remissionem, iuxta dictum: Si Spiritu mortificabitis actiones carnis, uiuetis. Item: Nulla nunc Condemnatio est his, qui in Christo Iesu ambulant.

DE BONIS OPERIBVS.

Quæ peccata non sunt in sanctis,
id est, propter quæ illi, qui fue-
rant renati, amittunt gratiam &
Spiritus sanctum, & rur-
sus fiunt rei æternæ
pœnæ ?

Responsio. Propter peccata con-
tra conscientiam, et lapsus contra fun-
damentum, id est, contra articulos fi-
dei, renati amittunt Spiritum sanctum,
& fiunt rei æternæ pœnæ, & nisi rur-
sus ad Deum conuertantur, ruunt in
æternas pœnas, ut, Adam uerè fuit
reus æternæ iræ propter lapsum. Et
Paulus inquit 1. Corinth. 6. Scortato-
res, adulteri, homicidæ &c. non possi-
debunt regnum Dei. Item Galatas 5.
Manifesta sunt opera carnis, Adulte-
rium, scortatio, Idolatria &c. qui talia
faciunt, regnum Dei non possidebunt.
Et Matthæi 12. expresse dictum est:
Redit Spiritus nequam &c. Et 2. Pe-
tri 2. Cum redeunt ad uomitum ut ca-
nes, fiunt eis postrema deteriora prio-
ribus. Alia

DE BONIS OPERIBVS.

Aliqui autem rursus per pœnitentiam
redeunt ad Deum, ut Adam, Aa-
ron, Dauid, Manasse, & alij multi.

DE PECCATO
Blasphemiae.

Differunt ne peccatum contra
conscientiam, & Blasphe-
mia ?

Respondeo. Prorsus differunt:
Dauid habuit magna & tristia delicta
contra conscientiam, & tamen non
fuit Blasphemus. Nam peccatum con-
tra conscientiam est genus, id est, uio-
latio cuiuscunque mandati, quæ fit æ-
sciente & uolente.

Sed singularis species est Blasphe-
mia, quæ est contra conscientiam op-
pugnare agnitam ueritatem à Deo pa-
tesactam, uel perseuerantia in Epicu-
reo contemptu Dei, uel desperatio, aut
anteferre peccatum meritis filij Dei,
contra dictum: Exuberat gratia supra
delictum.

DE BONIS OPERIBVS.

delictum, sicut Cain inquit: Maius est peccatum meum, quàm ut remitti possit. Non fuit autem Blasphemia in illis, qui redeunt ad poenitentiam, ut in Aaron, Manasse, Petro, Paulo.

Et nos regulam tenere debemus: Omne peccatum remitti agenti poenitentiam, & fide amplectenti promissionem Gratia, promissa propter filium DEI. Iuxta iuramentum: Viuo ego, dicit Dominus, nolo mortem peccatoris &c. Item: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos.

Quomodo differt doctrina de Iustificatione in Ecclesijs nostris, à Papistica doctrina?

Multipliciter differt. Sed tres praecipuae antitheses sint in conspectu.

I. Primum Papistae dicunt, oportere homines mereri remissionem peccatorum

DE BONIS OPERIBVS.

43
catorum proprijs operibus, & coram Deo iustos esse proprijs operibus.

II. Secundò dicunt Papistae, cum nemo sciat quando satis operum habeat, semper maneat in dubitatione, an sis in gratia.

III. Tertiò dicunt Papistae: Homo potest in hac uita legi Dei satisfacere, & impletione Legis diuinae meretur uitam aeternam de condigno. Et quidem dicunt Monachi, homo non renatus Spiritu Sancto, potest efficere dilectionem Dei, & mereri remissionem peccatorum.

Contra hos Ethnicos errores, qui desunt lucem Euangelij de beneficijs filij Dei, clarè docent Ecclesia nostra.

I. Primum, Neq; mereri homines Remissionem peccatorum proprijs operibus, neq; coram Deo iustos esse proprijs operibus.

II. Secundò Propter Filium Dei gratis homines in conuersione accipere remissionem peccatorum, & res
conci

DE BONIS OPERIBVS.

conciliationem, sola Fide, & sic homines certò iustos esse, id est, reconciliatos Deo propter Mediatorem Fide. Nec manendum esse in dubitatione, sed fide uincendam esse dubitationem, Qui uerò iubent manere in dubitatione, prorsus delent Euangelium de promissione Gratia & de Fide, & tantum Ethnica somnia docent, & extinguunt lucem doctrinae de filio Dei, & impellunt homines in desperationem, & aeternum exitium.

III. Tertio certissimum est, in hac uita neminem habuisse neque habere integram legis impletionem, nisi ipsum Mediatorem, Dominum nostrum IESVM CHRISTVM. Sed tunc erit integra Legis impletio, cum Deus erit omnia in beatis, id est, cum lucebit in eis Deus ita ut non simul sint reliquiae peccati. Notae sunt enim sententiae Rom. 7. & octauo. Et dictum Psalmi: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens.

De Ecc

DE ECCLESIA.

DE ECCLESIA.

44

Quid est Ecclesia?

Ecclesia uisibilis in hac uita, est coetus uisibilis amplectentium incorruptam Euangelij doctrinam, & recte utentium Sacramentis, in quo coetu Filius Dei efficax est, & uoce Euangelij & Spiritu sancto multos regenerat ad uitam aeternam. Sunt tamen in eo coetu multi non sancti, sed tamen de doctrina consentientes.

Contra.

Articuli Fidei non sunt uisibiles,
Ecclesiam esse est articulus fidei,

Ergo Ecclesia non est uisibilis.

Respondeo ad Maiorem. Concedo articulos fidei, scilicet propositiones, non esse uisibiles, seu ut est uisitata phrasis, Complexum non est uisibile,

bile, tamen subiecta in multis propositionibus uisibilia esse necesse est. Ut, cum dico: Sol est creatura Dei, Nos sumus resurrecturi, propositiones fide accipiuntur, sed tamen subiecta sunt uisibilia.

Sic cum dicitur: Ecclesia est populus Dei, in quo Deus uerè colligit cœtum, cui dat remissionem peccatorum, & iusticiam, ac salutem æternam. Hæc propositio est articulus fidei, & subiectum, id est, homines amplectentes Euangelium, sensu agnoscuntur, cum certa signa incurrant in oculos & aures, quæ discernunt eos ab alijs hominibus.

Non igitur de Ecclesia loquimur, ut de Idea Platonica, sed monstramus Ecclesiam, iuxta dicta: Dic Ecclesiæ. Hic necesse est intelligi uisibilem Ecclesiam. Item: In omnem terram exiit sonus eorum &c.

Quæ sunt signa Ecclesiæ
propria?

Signa

Signa non fallacia simul hæc tria sunt.

- I. Consensus in doctrina Euangelij incorrupta, scilicet in fundamento.
- II. Legitimus usus Sacramentorum.
- III. Obedientia Ministerio debita iuxta Euangelium.

An necesse est, singulos homines saluandos fieri ciues ueræ Ecclesiæ?

Respondeo. Prorsus necesse est, singulos saluandos iunctos esse cum uera Ecclesia, fide, confessione, inuocatione Dei, & uoluntate seruandæ Ecclesiæ, seu coniunctionis in Ecclesia, iuxta dicta:

1. Corinth. 1. Non sint inter uos schismata.

Ebræos 10. Non deserentes congregationem uestram.

Galatas 1. Si quis aliud Euangelium docet, anathema sit.

Psalms

DE ECCLESIA.

Pfalmo 26. Vnum petij à Domino,
hoc requiram, ut inhabitem in domo
Domini omnibus diebus uitæ meæ.

Pfalmo 83. Beati qui habitant in do-
mo tua Domine.

Pfal. 91. Plantati in domo Domi-
ni, in atrijs Domus Dei nostri, flores
bunt &c.

Romanos 8. Quos uocauit hos &
elegit &c.

Quæ res sunt necessariae ad
unitatem Ecclesiæ?

Consensus in fundamento, uideli-
cet in doctrina Euangelij incorrupta,
& in usu Sacramentorum legitimo, &
obedientia debita Ministerio, iuxta
Euangelium.

Testimonia manifesta sunt de do-
ctrina 1. Corinth. 3. Fundamentum
aliud nemo potest ponere, præter id
quod positum est, quod est Iesus Chris-
tus. Item, Galat. Si quis aliud Euan-
gelium docet, anathema sit.

De obe

DE ECCLESIA.

De obedientia 1. Corinth. 1. Non
sint inter uos schismata. Et Ebraeos 1.
Non deserentes congregationem ue-
stram, Item: Obedite his qui præfunt
uobis, scilicet in his, quæ sunt propria
Ministerij, iuxta Euangelium.

Sed similitudo rituum, qui sunt ab
hominibus instituti, nequaquam ne-
cessaria est, ideo contra superstitionem
multa testimonia tradita sunt. Roma-
nos 14. Regnum Dei non est esca &
potus, sed iusticia, pax & gaudium in
Spiritu sancto. Nam qui in his seruit
Christo, placet Deo, & approbatus est
hominibus. Item Colossenses 2. Nemo
iudicet uos in cibo, potu &c.

Quid nominatur Sacramen-
tum in Ecclesia.

Sacramentum in Nouo testamen-
to, ut Ecclesia loquitur, est ritus diui-
nitus institutus, additus promissioni
in Euangelio traditæ, ut sit testimoni-
um & pignus exhibitæ & applicatæ
promissionis Gratiae. Ideo uetustas
dixit: Sacramentum est signū Gratiae.

G

Quare

Quare additi sunt ritus promulgationi promissionis?

Multæ causæ sunt, sed maximè illustres sunt hæ duæ. Quia cum Deus colligat Ecclesiam edita promissione, & tantum illi fiant hæredes uitæ æternæ, qui promissioni de Mediatore credunt, uult etiam illustri testimonio uisibili omnibus hominibus ostendere promissionem, & in ijs applicare, qui eam fide amplectuntur, id est, testificari quòd promissio ad ipsos pertineat. Nam promissio generalis est. Fides autem & usus Sacramenti applicant eam ad singulos credentes. Ita primum Sacramenta sunt signa uoluntatis Dei erga nos, uidelicet commonefacientia nos de promissione, & applicantia, id est, testificantia quòd promissio ad nos pertineat.

Alterca causa est, quòd cum uelit Deus omnes saluandos inseri Ecclesie, & adungi ministerio Euangelij, sicut dictum est: Quos elegit, hos & uocauit,

uit, tradidit ritus manifestè discernentes Ecclesiam ab omnibus gentibus. Et ut agnosceretur Ecclesia, & ipsi ritus testimonia essent, qui ostenderent uelle Deum, nos esse auditores uocis Euangelij, nec eos, qui non audiunt uocem Euangelij, nec fiunt ciues huius cœtus uocatorum, esse electos. Ita uult Deus Ecclesiam conspici oculis, & uisibilem esse, ut cogitemus, ubi sit doctrina ipsius quaerenda.

Sunt igitur Sacramenta signa confirmantia fidem erga Deum, quia sunt testimonia applicationis, sicut Paulus nominat Circumcisionem *σφραγίς α διακρίσεως*, id est, sigillum iusticiæ, quia testabatur, promissionem pertinere ad Abraham. Deinde sunt signa societatis Ecclesie & confessionis.

Consideratis autem principalibus finibus, postea Allegoriæ & significationes aliæ addi possunt. Vt, Circumcisio fuit in illa arcana parte corporis, ut esset miranda admonitio de uenturo Semine. Ac simul multa significabat, uidelicet ex posteris Abraham uenturum

DE SACRAMENTIS.

turum esse salutare semen, de quo antea dictum fuerat: Semen mulieris conteret caput serpentis. Significabat item Circumcisio, in hac generatione carnali nasci naturam hominum ream, immundam, & præcidendam, hoc est, morti addictam, sed propter promissum semen iuxta uerbum Ecclesiam habituram esse nouam & æternam iusticiam & uitam.

Sic Baptismus principaliter significat, nos mergi in sanguinem Christi, & abluâ peccatis. Postea significat etiam, Ecclesiam mergi in afflictiones.

Cœna Domini significat principaliter, nos esse membra Christi, & inseri eius corpori, & abluî nos ipsius sanguine. Est igitur testimonium & exhibitio promissionis Euangelij, & applicata ad singulos. Deinde est commemoratio de gratiarum actione. Ideo nominatur *εὐχαριστία* & sicut Cyprianus optime dicit, est commemoratio dati & accepti.

Est

DE SACRAMENTIS.

48

Est item neruus publicæ congregationis. Item testimonium mutuae dilectionis et concordie in eadem Ecclesia, sicut antiquitas fœdera fecit societate ceremoniarum & mensæ. Unde & nomen *σπονδαί*, id est, libationes, pro fœderibus usurpabant. Item, Vetustas dixit: *τοὺς ἄλλαι, οὐκ ἔτι τῶν τράπεζαν μὴ παραβαίνεμεν.* Ita in Ecclesia societas huius pulcherrimæ communis manducationis intelligatur uinculum esse communis concordie, quo copulati omnes unum simus in ipso Christo, & non distrahamus Ecclesiam furoribus opinionum, ambitionum & odiorum. Sed semper initio principales fines considerentur.

QVID EST BAPTIS-
MVS?

Est instituta à Filio Dei mersio in aquam, cum pronuntiatione uerborum: Ego baptizo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, testificans, quia hoc testimonium diuinitus institutum est, cum qui cum hac pronuntiatione

DE BAPTISMO.

nunciatione uerborum mergitur, & reconciliari Deo propter Christum, & sanctificari Spiritu sancto ad uitam æternam.

Quæ est sententia uerborum Baptismi?

Ego Baptizo te in nomine Patris, Filij, & Spiritus sancti, id est, ego minister hoc ritu testificor in nomine, id est, mandato diuino, Te, qui sic mergis, recipi à uero Deo in gratiam, qui est æternus Pater Domini nostri Iesu Christi, & Filius, & Spiritus sanctus, & recipi te propter Filium, & sanctificari te Spiritu sancto.

Et comprehendenda est correlatiua sententia: Ego testificor te recipi in nomen, id est, ad agnitionem & inuocationem ueri Dei, qui est Pater æternus Domini nostri Iesu Christi, & Filius et Spiritus sanctus, et recipi te propter Filium redemptorem Ecclesiæ, et sanctificari credentes Spiritu sancto, quem agnosces & inuocabis, & palam iurissim testaris hoc baptismo, te omnia commentitia numina execrari.

DE BAPTISMO.

Sunt ne infantes baptisandi?

Respondeo. Infantes sunt baptisandi. Confirmatio hæc est ex Euangelio sumpta.

Omnes saluandos oportet inseri Ecclesiæ in hac uita, iuxta dictum: Quos elegit, hos & uocauit. Vnde regula tradita est: Extra Ecclesiam non est salus.

Ad infantes pertinet promissio Gratia & Salutis æternæ, Sunt igitur baptisandi & inserendi Ecclesiæ.

Minor manifesta est, quia Dominus inquit: Sinite paruulos ad me uenire, quia talium est regnum cælorum. Item: Non est uoluntas Patris mei, ut pereat unus de paruulis istis. Hæc dicta manifestè adfirmant, ad infantes

pertinere promissionem Gratia & uitae aeternae. Et loquuntur de infantibus in Ecclesia.

Nec facienda est confusio Ethnicorum & Ecclesiae, quasi etiam inter blasphemos sint membra Ecclesiae, sed retinendae sunt sententiae: Quos elegit, hos & uocauit. Item: Vbi sunt duo aut tres congregati in nomine meo, in medio eorum sum. Et in Psalmo: Beati qui habitant in domo tua Domine. Item: Plantati in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri, flore-
rebunt.

Ad hos igitur infantes pertinet promissio, qui sunt in Ecclesia, hos recipit propter Mediatorem, cuius nomen super eos inuocatum est, & in his Deus efficax est, & sanctificat eos Spiritu suo sancto, pro ipsorum captu, quia haeredes uitae aeternae sanctificari Spiritu sancto necesse est, iuxta dicta: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu &c. Item: Corinth. 15. Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt, scilicet, sine regeneratione.

Grati

Grati igitur hoc beneficium Dei agnoscamus, quod uerè in Ecclesia recipit infantes, & laetemur, in coetu uocatorum electos esse, & sciamus uoluntatem Dei esse, ut quam primum aetas doctrinae capax est, semina Euangelij eis instillentur, iuxta dictum, Ephe. 6. Educate pueros in disciplina & doctrina Domini.

Hic ad confirmationem adiungantur & testimonia primae Ecclesiae. Origenes expressè inquit in 6. capite ad Romanos: Ecclesia ab Apostolis accepit traditionem, etiam paruulis dare Baptismum. Sciebant enim illi, quibus arcana mysteriorum commendata fuerunt, quod sint in omnibus genuinae sordes peccati, quas per aquam & Spiritum sanctum aboleri oportet.

Sciamus autem, Baptismum non tantum esse foedus Infantium cum Deo, sed omnium adultorum, omni tempore, qui etiam si lapsi sunt, tamen rursus ad Deum conuertuntur. Quia in conuersione homo per fidem ueris-

G 5 sine

simè & integrè restituitur per Mediatorem in possessionem promissionis Gratia, & hæreditatis uitæ æternæ, iuxta dictum Matthæi 18. Remittes septuagies septies.

Certò igitur sciant conuersi, ipsis renouatum esse fœdus Baptismi, & ad ipsos pertinere promissionem Baptismo additam: Qui crediderit & baptisatus fuerit, saluus erit. Et sicut alijs promissionibus, ita uerbis de baptismo dictis se uerè confirmant, sciant se receptos esse ab hoc uero Deo, qui est Pater Domini nostri Iesu Christi, & quidem propter Filium Mediatorem, & sanctificari se Spiritu sancto ad uitam æternam.

Sciant rursus Baptismum ipsis stipulationem esse bonæ conscientia erga Deum per resurrectionem Iesu Christi, qui est in dextra Dei, ut scriptum est in Epistola Petri. Id est, sciant tunc mutuum fœdus esse factum inter Deum & Baptisatum. Deus recipit te propter Filium resuscitatum, & per eum, & propter eum delet tua peccata

peccata, & sanctificat te ad uitam æternam. Tu uicissim agnoscis, hunc uerè esse Deum, qui se in hoc Filio resuscitato patefecit, & hunc uerum Deum inuocas fiducia Filij. Ita fit Stipulatio bonæ conscientia, et mutua obligatio Dei & hominis baptisati, quæ est rata, & efficax propter Filium Dei resuscitatum, regnantem & uerissimè colligentem Ecclesiam in genere humano per Euangelium. Eadem stipulatio & mutua obligatio rata est conuersis ad Deum, quia integrè restituntur in possessionem promissionis gratia, et hæreditatis uitæ æternæ.

Recitatur uetus dictum: Post naufragium humanæ naturæ duas tabulas salutis hominibus datas esse, Baptismum, & amissa prima tabula, Pœnitentiam. Hoc dictum apparet traditum esse contra Nouationos, qui negabant, lapsos post Baptismum rursus conuerti posse ad Deum. Et necesse fuit refutari Nouatianos, sicut uox Filij Dei manifestissima refutatio est, cum

DE BAPTISMO.

eūm inquit. Septuagies septies remitte-
tes. Sed tamen dictum uetus non ab-
surdè intelligatur, quia non sic amittis-
tur prima tabula, ut non recuperetur,
sed reuera in totam Arcam Noæ reci-
piuntur conuersi, id est, in possessio-
nem integram promissionum Eccle-
siæ propter Mediātorem.

Hic etiā commonefaciendi sunt
homines de omnibus furoribus Ana-
baptistarum, & tenenda regula: Ex
fructibus ipsorum agnoscetis eos, id
est, ex manifestè falsis dogmatibus,
quæ sunt testimonia non fallacia, un-
de sciri potest, eos fascinatos esse à Di-
abolo. Et sint in conspectu præcipui
eorum errores, quos breuiter recte
tabo.

ERRORES ANABA-
PTISTARVM.

Valde prodest extare ueras histo-
rias certaminum Ecclesiæ, ut
rectis

ERRORES ANABAPT.

92

rectis iudicijs omnium temporum con-
firmemur, & uideamus, quales furo-
res in impijs sectis significauerint eas à
Diabolo ortas esse. Etsi autem non est
una consentiens Anabaptistica, sed
multiplex & monstrosa Chimæra, &
alij magis, alij minus tetras opiniones
habent, tamen omnium communes
sunt furores, inde usque à Carpocra-
te, Marcione, Pepusianis & Manichæ-
is. Ac nisi historiæ scriptæ essent à Iu-
stino, Clemente & Epiphaniō, fide
dignissimis, nemo nunc crederet, fu-
isse tales furores ætatis proximæ Apo-
stolis, quales nostra ætas uidit in Mo-
nasteriensi tragœdia. Sed sciamus,
omnibus temporibus horribiliter Dia-
bolos turbare Ecclesiam, & mutiamus
nos aduersus Diabolorum insidias, ue-
ra cognitione doctrinæ, præcatione &
iudicijs ueræ Ecclesiæ, quæ manifestos
furores hominum fanaticorum refu-
tauit.

Omnes fanatici Carpocrates, Mar-
cion, Pepusiani, Manichæi, damnati
uerunt

ERRORES ANABAPT.

uerunt Politicum ordinem uitæ humanæ, Magistratus, Iudicia, distinctionem dominiorum. Et aliqui damnauerunt prorsus coniugia. Aliqui contra docuerunt, Vxores debere communes esse, ut Carpocrates. Et horribilia exempla recitantur in historijs. Ita deleuerunt secundam tabulam Decalogi.

Ratio autem iudicare potest, nequaquam ex Deo esse, docentes contraria mandatis Decalogi, quæ etiam rationi nota sunt. Cum autem similia multa docuerint & doceant Anabaptistæ nostra ætate, manifestum est, sectam ipsorum esse furorem Diabolicum. Itaque propter hæc manifesta signa execrandi et fugiendi sunt, sicut scriptum est: Si quis aliud Euangelium docet, Anathema sit. Item: Si quis dicit blasphemiam contra Spiritum sanctum, non remittetur ei &c.

Refutationes autem horum errorum firmæ & perspicuæ notæ sint omnibus, præsertim rectè instituti sæpe de eis admoneantur.

Errores

ERRORES ANABAPT.

Errores contra primam tabulam sunt magis tetri, sed sunt obscuriores, & magna confusio est opinionum.

Aliqui blasphemias Serueti contra tres personas diuinitatis circumferunt. Multi prorsus nihil dicunt de discrimine personarum, quid sit Filius, cur nominetur λόγος & imago æterni Patris, Quid sit Spiritus Sanctus.

Omnes Anabaptistæ fingunt, nullum esse peccatum Originis, & propterea negant, Infantes baptisandos esse.

Postea de Iustificatione alij uelut Monachi, fingunt, se iustos esse suis operibus, uidelicet externa disciplina, patientia, toruitate, desertione siuiliis uitæ, conturbatione distinctionis dominiorum, & simili barbarie.

Alij Enthusiastici fingunt, se iustos esse ad flatibus diuinis, quos tamen non habent, sed imaginantur ad flatum esse suas speculationes, uel similitudine suspiria. It interdum accedunt Diaboli impulsionem, quibus uelut

ERRORES ANABAPT.

lut attoniti seu ^{μολι} τετυφωμένοι stupefiunt,
& edunt inusitatas uoces, sicut Ana-
baptistæ in urbe Monasteriensi in me-
dijs plateis cadentes, uociferati sunt,
se rapi mirandis motibus.

Hi Enthusiastici seu fanatici deino
de addunt hunc perniciosissimum er-
rorem: Affirmant Deum non effica-
cem esse cogitatione uerbi scripti, ut
prorsus abducant homines à uerbo
Dei scripto.

Cum autem homines abducti sunt
à uerbo scripto, præcipuè tria ingen-
tia mala sequuntur.

- I. Amissio certæ doctrinæ, Legis &
articulorum Fidei.
- II. Amissio consolationis.
- III. Extinctio ueræ Fidei, seu exer-
citorum Fidei.

Primum amittitur doctrina, quia
cùm mens non regitur uerbo scripto,
homines fanatici fingunt opiniones,
ut libet, contra Legem & articulos
Fidei, sicut multi fecerunt in Adulter-
rijs.

Secundò

ERRORES ANABAPTISTA.

54

Secundò, in ueris doloribus non
sustentant se scripta promissione, &
sic ruunt in desperationem.

Tertiò, neq; sciunt neq; discunt,
quid sit Fides, quia quærunt adflatus,
non sustentant se cogitatione scripti
uerbi, cùm dictum sit: Fides ex auditu
est, auditus per uerbum Dei.

Constantissime igitur explodenda
sunt deliria Stenckfeldij, & similium,
qui abducunt homines à scripto uer-
bo, & negant Deum efficacem esse co-
gitatione scripti uerbi.

Semper autem in conspectu sint
firma testimonia. Euangelium est po-
tentia Dei, ad salutem omni credenti,
Romanos. Item: Prope est uerbum
in ore tuo, & in corde tuo. Item: Fi-
des ex auditu est, auditus per uerbum
Dei &c.

Sciamus autem, Filium Dei λόγος
adesse cogitationi uerbi scripti, & per
hanc immediatè efficacem esse, iuxta
dictum Iohannis 8. ¹⁰ πῶς ἔρχω, ὅτι υἱὸς
ἁ ἡ ἀλλῶ

λαλῶ ὑμῖν. Ad Ebraeos 4. Viuus sermo Dei efficacior est gladio, & iudicat cogitationes, & non est abscondita creatura coram eo. Iohannis 14. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ueniet ad eum, & mansionem apud eum faciemus. Et prouerbiorum 8. dicit, Sapientia: Fui cum eo artifex, & delectationes meae cum Filijs hominum. Antea uero dicit: Clamo in uertice ciuitatis. Ita iungit uerbum uocale, & Filium Dei, qui immediatè efficax est in Ministerio Euangelij. Ideo regnum Christi est immediatè ipsum esse efficacem in ministerio Euangelij, & eum colligere & seruare Ecclesiam.

Qui igitur abducunt homines à uerbo scripto, simul abducunt ab ipso filio Dei, & sunt hostes regni Christi. Haec diligentissimè consideranda sunt & inuitantur bonae mentes ad amorem & studium lectionis & cogitationis uerbi scripti, & ad uera exercitia Fidei, cum cogitabunt, sic, & non aliter

aliter, efficacem esse Filium Dei, uides licet cogitatione uerbi scripti,

Cum autem inquit Dominus: Ex fructibus ipsorum agnoscetis eos, uult in qualibet secta totum doctrinae corpus considerari. Ac si qua secta defendit insignes errores, manifestè pugnantibus cum Lege diuina & Euangelio, sciamus eam sectam agitari à Diabolo, & fugiendam esse.

Est autem horribilis error in secta Anabaptistica, quod tollit discrimen inter peccata, quae haerent in Sanctis, non contra conscientiam, & inter lapsus contra conscientiam. Et fingit, ruentes contra conscientiam tamen esse iustos, & retinere Spiritum sanctum. Hic furor Antinomorum late uagatus est, etiam apud alios. Sed manifestè damnatur illustribus testimonijs diuinis.

1. Timothei 1. Milita bonam militiam, retinens fidem, & bonam conscientiam.

Item 1. Corint. 6. Scortatores, Adulteri,

DE POENITENTIA.

dulteri, Homicidæ &c. non possidebunt regnum Dei.

Romanos 8. Si actiones carnis spiritu mortificabitis, uiuetis.

Item de Aaron: Dominus uoluit contere eum.

DE POENITENTIA.

ET si nomen POENITENTIAE magis congruit ad contritionem, seu pauores & dolores, tamen Ecclesia sic nominat conuersionem ad Deum, quæ & dolores & consolationem continet, seu mortificationem & uiuificationem, ut Paulus nominat. Et interdum narrationes Euangelicæ sic loquuntur: Gaudium est Angelis de uno peccatore, poenitentiam agente.

Nec tamen λογισμίας mouemus, si quis aliter uult loqui, nō pugnamus cum eo. Retinens bono consilio uocabulum in Ecclesia notissimū, ut res citius intelligatur, & magis perspicua sit res

DE POENITENTIA.

sic refutatio errorum & labyrinthorum, quibus Monachi multis seculis doctrinam de poenitentia corrupe- runt.

Quid est poenitentia seu conuersio ad Deum?

POENITENTIA SEU CONVERSIO ad Deum est contritio, id est, uerus pavor & dolor cordis propter peccata nostra, & Fide in Christum accipere remissionem peccatorum, reconciliationem, iustificationem & uiuificationem, & inchoare nouam obedientiam.

Quot sunt partes Poenitentia?

Tres sunt: Contritio, Fides, & Noua obedientia. Hanc partitionem docendi causa bono consilio sic tradidimus, & petimus eam sine calumnijs intelligi.

Quid est Contritio?

Est uerè expauescere agnitione
H 3 iræ

Es. 15 ira Dei aduersus peccata nostra, & dolere, quod Deum offendimus, iuxta hæc dicta: Sicut Leo contriuit omnia ossa mea. Et Esaia 66. Ad quem respiciam, nisi ad contritum spiritu, & tremementem sermones meos. Et Ieremias inquit: Postquam ostendisti mihi, percussus fœmur meum, id est, consternatus sum,

Qui sunt præcipui errores
Papistarum de contritione?

Duo sunt præcipui errores Papistarum de contritione. Prior est quod dicunt: Oportere esse sufficientem contritionem, cum nulla possit esse sufficiens. Et ubicunq; crescunt dolores sine consolatione & fide, ruunt homines in æternum exitium.

Alter error est manifesta contumelia contra Christum, quod fingunt, Contritionem mereri remissionem.

Estne Contritio necessaria?

Respon:

Respondeo. Est necessaria aliqua Contritio, quia in iuramento dicitur: *Vituo ego, non uolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat.* Oratio copulatiua est, & utrunq; affirmat. Vult fieri conuersionem, & promittit uiuificationem. Significat autem in eo dicto Conuersio non simulatum dolorem, & mutationem prioris propositi.

2. Corinthios 7. Contristati estis, ad poenitentiam, & tristitia secundum Deum, poenitentiam ad salutem non poenitendam efficit.

Romanos 6. Vetus noster homo simul crucifixus est, ut aboleatur corpus peccati, ne seruiamus peccato.

Item: Initium sapientiæ, Timor Domini. *Eccl. 1. 17*

Supra citatum est dictum Esaia: *Ad quem respiciam nisi ad contritum spiritu, & tremementem sermones meos.* *55*

Item: Scindite corda uestra. *Isa. 60. 2*

Item: Deus ignis consumens est. *Isa. 33. 14*

H 4 Deus

DE POENITENTIA.

Deus varijs calamitatibus hanc miseram naturam ideo oneravit, ut iram aduersus peccatum agnoscamus, & perterrefacti confugiamus ad Mediatorem. Esaiæ 28. Vexatio dat intellectum. Psalmo 118. Bonum mihi quòd humiliasti me, ut discerem iustificationes tuas.

Contra.

De ignoto non potest esse dolor,

Multa & magna peccata, quæ tamen non nouimus, remittuntur.

Ergo non est necessaria Contritio.

Respondeo ad Maiorem: De ignoto non potest esse dolor, scilicet in specie. Deinde ad minorem respondeo: Multa & magna peccata, quæ tamen non nouimus, scilicet in specie, remittuntur, sicut scriptum est:

Delicta

DE POENITENTIA.

58
19
Delicta quis intelligit? Sed in genere notum est, in hac deprauata massa caliginem & dubitationes esse, et multas errantes flammæ, ut sentimus. Ideo Propheta in Psalmo simul complectitur hæc mala: Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Necesse est igitur, aliquem uerum dolorem in nobis esse, in quo cum fide erigimur, accipimus remissionem peccatorum.

Nec disputandum est, an sit sufficiens dolor, quia non pendet remissio ex merito, aut magnitudine doloris, sed certissimum est, nullum esse sufficientem dolorem, et cum crescit dolor sine consolatione, homo ruit in æternum exitium. Experimur autem omnes, in uera conuersione luctam ingentem esse, & non sine magno certamine apprehendi consolationem fide, sicut inquit ille: Credo Domine, sed opem ^{mar. 9.} fer imbecillitati meæ. Item: Spiritus in ^{rom. 8} terpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Item: Spiritus opitulatur infirmitati nostræ.

H 5 Quid

DE POENITENTIA.

Quid interest inter Timorem Seruilem, & timorem Filialem?

Respondeo. Timor Seruilis est pavor & sensus iræ Dei, sine fide, id est, sine fiducia misericordiæ accedente ad Deum, & sine consolatione, erigente corda in doloribus inferorum, ut pavor in Saule, Iuda & similibus, qui fit horribilis fremitus aduersus Deum, & fugit Deum, de quo dicitur 1. Iohannis 4. Perfecta dilectio foras eijcit Timorem.

Timor Filialis est pavor & sensus iræ Dei, sed cum Fide, id est, cum fiducia misericordiæ, accedente ad Deum, quæ liberantur corda ex doloribus, & clamant ad Deum: Abba pater, inter ipsos dolores, quos tamen uincit consolatio, sicut Dauid in excellentibus doloribus tamen erigitur, ut cum inquit Psal. 41. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, sic desiderat anima mea ad te Deus meus. Item: Quare tristis es anima mea, & quare

DE POENITENTIA.

quare conturbas me: Spera in eum, quoniam adhuc confitebor eum, Salutare uultus mei, & Deus meus.

Talis est Sanctorum contritio in hac tota uita. Et huc pertinet dictum: Timor Domini initium Sapientiæ. Alias descriptiones timoris Seruilis et Filialis uolens omitto, quas otiosi dissipatores fingunt: Timorem Filialem esse, qui non timet pœnas. Sed sciamus, mixtos esse hos ingentes motus in Sanctis, Timorem et sensum pœnæ, & fidem accedentem ad Deum. Quia uult Deus sanctos aliquo modo intelligere iram aduersus peccata, ut Ieremiæ 13. dicitur: Postquam ostendisti mihi, percussi fœmur meum, confusus sum & erubui, conuerte me & conuertar. Item Esaïæ 28. Facit alienum opus, ut faciat proprium.

CONTRA.

In prima Epistola Ioannis capite 4. dicitur: Timor non est

DE POENITENTIA.

est in dilectione, sed perfecta dilectio foras pellit timorem,

Ergo non est in sanctis Timor.

Respondeo. Vltima interpretatio est dicti Iohannis: Timor non est in Dilectione, scilicet, Seruile. Recte sic dicitur. Sed hæc non de oculis speculationibus intelligantur, sed sciamus, Timorem seruilem nominari fugam & fremitum aduersus Deum, sine Fide, ut fugiunt Cain, Saul, Iudas. Cain inquit: Maius est peccatum meum, quam ut remittatur.

Hunc timorem inquit Iohannes eijci, scilicet, quia Fide corda eriguntur, ut quanquam sunt in dolore, tamen eluctentur, & simul accedant ad Deum, sicut inquit Paulus: Gratia exuberat supra delictum. Et Psalmo 13. Dixi confitebor aduersum me iniusticiam meam Domino, & tu remittis mihi impietatem peccati mei.

Acce

DE POENITENTIA.

60
Accedente autem Fide, Timor fit Filialis, & simul accenditur Dilectio, quæ fides adfert pacem quæ cor acquiescit in Deo, iuxta dictum: Iustificati fide pacem habemus erga Deum. Et deinde dicitur: Dilectio Dei effusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum &c. Et tamen simul adhuc corda quatiuntur dubitationibus & magnis doloribus. Et semper repetenda est precatio: Credo Domine, sed opem fer imbecillitati meæ. Item: Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Item: interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Interea simul dolor de peccato fit purior, & Timor fit ordinata reuerentia erga Deum. Et nos loquimur de motibus, qui sensu percipiuntur in hac uita, in qua sensus iræ Dei etiam in Sanctis affert tristitiam consternationem, sed ex qua eluctantur erecti uoce Euangelij, & Fide,

DE FIDE.

In conuersione necesse est fieri mentionem, non solum horrendi doloris, qui

DE POENITENTIA.

qui nominatur Contritio, sed etiam consolationis, quia Deus inquit: Viuo ego nolo mortem peccatoris, Sed ut conuertatur, & uiuat. Et manifestum est, Filium Dei missum esse, non ut oppressi ira Dei ruamus in æternum exitium, sed ut reconciliati propter ipsum, & liberati ab ira Dei & æternis poenis, rursus donemur iusticia & uita æterna, & Deus palàm se nobis comunicet, & sit omnia in omnibus, sicut inquit Christus: Sic Deus dilexit mundum, ut Filium unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam æternam. Ideo necessè est, Fidem poni alteram partem conuersionis, sicut Paulus loquens de conuersione nominat Mortificationem & Viuificationem.

Ac necessariò taxamus Monachos, apud quos in doctrina de poenitentia profuse est silentium de consolatione & fide, Imo expresse iubent dubitare, an recipiamur in gratiam, & manere in hac dubitatione. Contra has perniciosissimas

DE POENITENTIA.

61

tiolissimas tenebras, ut magis conspici possit consolatio & doctrina de Fide, nobis usitatum est, numerare Fidem partem conuersionis, quæ certè complectitur Mortificationem & Viuificationem.

Si quis amans rixarum mouerit *λογομαχίας* non pugno: Sed sic loquimur, quia hæc distributio est utilis commonefactio de Fide. Et certè ueteres descriptiones non sunt sufficientes
 POENITENTIA EST PLANGERE
 PRAETERITA DELICTA, ET
 PLANGENDA NON FACERE.
 Hic enim non fit consolationis mentio.

Quòd autem Gratis Fide propter Mediatorem accipiatur remissio peccatorum, & Iustificatio seu Reconciliatio, & Viuificatio, quæ fit per Filium donato Spiritu sancto, & hæreditas uitæ æternæ, manifesta testimonia sunt Actorum 10. Huic omnes Prophetae testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius oēs, qui credunt in eum. Hic Petrus

DE POENITENTIA.

Petrus recitat testimonium diuinæ pateractionis, repetitum in uniuersa Ecclesia, subinde missis Prophetis, quorum uoci Deus etiam illustra testimonia addidit. Hunc consensum catholice Ecclesie, & tanquam perpetuam Synodum, citat Petrus, ut breuiter summam doctrine Prophetice ostendat, & discernat propriam Euangelij uocem ab omnibus impijs, Ethnicis & Pharisaicis opinionibus, & significet, uocem Euangelij non esse nouam, sed omnibus temporibus in uera Ecclesia propagatam esse.

Adiungantur autem Petri dicto & alia testimonia sæpe alibi repetita, uelut delictet in capite 3. 4. & 5. ad Romanos propositio de iusticia Fidei, et confirmatio, ubi dicitur: Iustificati fide pacem habemus. Et ex Isaia: Noticia serui mei iusti iustificabit multos &c.

Est autem FIDES assentire omni uerbo Dei nobis tradito, & in hoc promissioni gratiæ, & est fiducia promissionis

DE POENITENTIA.

62

missæ misericordiæ, qua cor propter Mediatorem, & per eum liberatur ex doloribus inferorum, & accedit ad Deum, & inuocat eum, clamans Abba pater, & hac uera consolatione acquiescit per Filium, dato Spiritu sancto, ut dicitur Galatas 3. Ut promissionem Spiritus accipiamus per Fidem: Et, iustus Fide sua uiuet.

Ut autem hæc uera Fides rectè intelligatur, necesse est, semper in conspectu esse admonitionem Bernardi in qua dixit: Credere te oportet, Tibi remitti. Scit Diabolus, remitti aliquibus hominibus peccata, & multi homines, ut Saul & Iudas, credunt alijs remitti. Quare hæc necessaria admonitio sit infixæ mentibus nostris: Credeas Tibi ipsi remitti peccata. De hac fide loquitur Paulus Romanos 4. cum docet, promissionem fide accipi. Non accipiunt promissionem, qui credunt, eam alijs, non tibi, esse ferri, sicut in Epistola Iohannis scriptum est: Qui non credit in Filium, accusat eum mendacij.

I Cum

DE POENITENTIA.

Cum igitur recitas articulum Symboli: Credo remissionem peccatorum, intelligas non tantum alijs, sed Tibi quoque dari. De hac fide dicitur: Iustificati Fide pacem habemus. Nec alia consolatio quaerenda est, sed hac fide in Deo propter Mediatorem acquiescendum est. Sic accipitur Spiritus sanctus, iuxta dictum in Zacharia: Effundam super domum David Spiritum Gratiae & praecum. Quia tunc testificatur Spiritus sanctus in cordibus, quod simus in Gratia, quia in ea consolatione sentimus, nos eripi ex doloribus inferorum. Nec iam fugimus Deum, sed inuocamus, & ad eum accedimus. Et tunc uerissimum est, Filium Dei adesse, et efficacem esse in cordibus, & uerbo ostendere Patris praesentiam & misericordiam, & dare Spiritum sanctum, sicut inquit: Nemo nouit patrem nisi Filius, & cui uolet Filius reuelare. Item: Ego sum uitis, uos palmites &c. ☩

Reperenda est etiam doctrina de exclusiua. In uero agone semper disputat

DE POENITENTIA.

63
putat mens de dignitate: Video me non esse dignum reconciliatione, non habere benefacta, qualia habuerunt Aaron, Petrus, Dauid, quos Deus recepit, sentio multum in me dubitationum esse, & errantium cupiditatum. Haec tentatio quotidie omnes pios in inuocatione languescit, ut trepidi fugiant. Has trepidationes nominat Paulus peccata, quae per Legem existunt. Sed contra has tentationes erigamur uoce Euangelij, de gratuita remissione propter Filium Paulus inquit: Ideo ex fide Gratis, ut sit firma promissio, Roma. 4. Sic & supra dictum est de propositione, Sola fide iustificamur, id est, Gratis propter Filium Dei, per Christum. Semper in conspectu sit uox Pauli: Gratia exuberat supra peccatum. Quantaecumque sunt peccata, tamen certum est, Filium Dei potentius rem esse.

Quid nominatur Noua obedientia?

I^o 2 Neces

DE POENITENTIA.

Necesse est in hac uita ante mortem corporalem fieri conuersionem ad Deum, iuxta dictum Apoca. 2. Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam. Et ad Corinthios: Superinduemur, si tamen non nudi reperiemur. Cum igitur post contritionem, remissio peccatorum Fide accepta est, sequatur uoua obedientia, quæ præcipue est, iuxta Pauli definitionem: Militare bonam militiam, id est, retinere Fidem, & bonam conscientiam. Talis cursus habet magna certamina, sed sciamus, adesse inuocantibus filium Dei, sicut inquit: Venite ad me omnes, qui laboratis, & ego reficiam uos. Item: Ego sum uitis, uos palmites. Item: Spiritus opem fert infirmitati nostræ. Item: Deus est, qui facit ut uelitis & perficiatis, ut aliqua ipsi grata fiant. Et in his certaminibus renati transformantur ad imaginem Dei, ut lux in mentibus fiat similis uerbo Dei.

Quæ fuit impia doctrina Nouatianorum, de poenitentia?

In

DE POENITENTIA.

64

In urbe Alexandria Meletius fuit, qui negauit, post Baptismum lapsis in manifesta scelera remitti peccata. Eundem errorem Nouatus Romæ sparsit. Et cum uterque magnos cœtus superstitionum hominum haberet, applausuentium huic phanatico dogmati, magna dilaceratio Ecclesiarum facta est, & fuit diuturnum scisma. Et superbè nominarunt se illi hypocritæ καθαρῶς. Sed sit in conspectu refutatio.

Petrus post tristem lapsum receptus est à Christo. Item: Incestus, apud Corinthios post poenitentiam receptus est à Paulo. Et adolescens educatus à Iohanne. Et Galatarum Ecclesiæ in Apocalypsi reuocantur ad poenitentiam. Et Petrus Episcopus Alexandrinus refutauit Meletium exemplis prioris Ecclesiæ. Certissimum est igitur, lapsos iterum conuerti posse ad Deum, & cum redeunt ad poenitentiam, fide accipere remissionem peccatorum. Hæc exempla ad dulcissimam regulam congruunt, Matthæi 18. Res
I 3 mittite

DE POENITENTIA.

mittite septuagies septies. Vbi mentio fit numeri non exigui, ut cogitent omnes p̄ij non leues sordes h̄erere in omnibus hominibus, & multos lapsus accidere etiam p̄stantibus hominibus, sicut acciderunt Adam, Aaroni, Moysi, Dauidi, Iosia, Petro & alijs. Simus igitur memores dicti: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Et pīe dictum est: Ante tuos oculos nil nisi culpa sumus. Sed sciamus conuersionem necessariam esse, et non perseuerandum esse in delictis contra conscientiam, sicut inquit Dominus: *Luce: 13* Nisi poenitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Quod ipsum dictum etiam refutat Nouatianos, quia Christus hortatur Apostolos ad poenitentiam.

Quomodo numerant Papistæ partes Poenitentiae?

Recensent & ipsi tres partes, Contritionem, Confessionem & Satisfactionem.

I. DE

DE POENITENTIA.

65

I. DE CONTRITIONE.

Contritio necessariò recensetur, ut supra dictum est, quia necesse est, non perseuerare in sceleribus contra conscientiam, sed dolere propter nostram immundiciem, & delicta actualia, iuxta dictum 2. Corinth. 7. Tristitia quæ secundum Deum est, poenitentiam efficit ad Salutem. Item: Sicut Leo cona *2. sa. 30* triuit omnia ossa mea. Item: Vbi habita *2. sa. 55* tabit Dominus? In Spiritu contrito, & tremente sermones meos. Suprà autem dictum est, Papistas addere duos errores præcipuos, uidelicet, quòd oporteat sufficientem esse contritionem, & quòd mereatur remissionem. Hos perniciosos errores taxari necesse est.

II. DE CONFES-
SIONE.

Primum scias uocabulum confessionis non uno modo usurpari in scriptis Prophe-

I 4

Prophe

Propheticis, & historijs Ecclesiæ. In Psalmo 31. Dixi confitebor aduersum me iniusticiam meam Domino, & tu remittis impietatem peccati mei.

Hic & sæpe alibi confessio significat ueram contritionem erga Deum, qua homo immediatè coram Deo dollet, se habere peccata, & fide petit remissionem culpæ, & mitigationem pœnarum, sicut in Daniele dicitur: Tibi Domine iusticia, nobis autem confusio faciei. Item Micheæ 7. Iram Domini portabo, quia peccaui ei. Hæc confessio immediatè ad Deum reipsa contritio est, & necessaria est.

Ad hanc accommodari potest dictum Chrysostomi, quod rectè intelligatur: *ὁνδέμ οὐτως ἄλιον ποιεῖ τὸν θεόν, ὡσπερ ἢ ἐξομολόγησις*, nihil sic placatum facit Deum sicut confessio.

Secunda significatio est, Confessio offensionis et petitio reconciliationis apud homines offensos, ut dicit Iacobus: Confitemini mutuo peccata uestra, id est, Sanate inter uos offensiones,

nes, sicut Matth. 5. dicitur: Vade prius, & reconcilieris fratri tuo. Hæc confessio apud offensos etiam est pars contritionis seu nouæ obedientiæ, in talibus negocijs, quæ non sunt occulta, Hæc significationes in scriptis Prophetis & Apostolicis rectè discernendæ sunt à decreto Pontificio, quod præcipit confessionem, id est, enumerationem delictorum etiam arcanorum, faciendam ministrantibus Sacramenta. De hac enumeratione quæritur, qua occasione recepta sit, & paulatim cumulata, & an sit necessaria?

Vnde est confessio, quæ est enumeratio apud administrantes Sacramenta?

Respondeo. Hic ritus ortus est à spectaculis publicæ pœnitentiæ, quam sic nominarunt. Nam polluti sceleribus, quæ passim nota erant, cum redituri ad Ecclesiam petebant se recipi, commemorabant sua delicta, ut,

I 5 sicut

sicut tunc consuetudo erat, per aliquot dies starent in templo, cum signis reatus, & deinde publicè reciperentur.

Hoc spectaculum nominabatur publica poenitentia, & pertinebat tantum ad pollutos sceleribus, quæ passim nota erant, & nequaquam merebatur remissionem peccatorum, neq; culpæ, neq; poenæ, sed commonefactio erat apud alios homines, ut essent diligentiores in cauendis lapsibus, & cogitarent de magnitudine peccatorum &c. Item, Exploratio erat, quæ ostendebat, istos seriò petere remissionem.

Estne enumeratio omnium aut aliquorum delictorum necessaria?

Respondeo. Nulla enumeratio delictorum necessaria est, quia manifestum est, nusquam extare præceptum diuinum de Enumeratione singulorum. Et enumeratio omnium est impossibilis, sicut scriptum est: Delicta quis

quis intelligit? Sed petitio Absolutionis priuatæ retinenda est propter multas grauissimas causas. Nam uox Eusangelij & multis & singulis, qui ad Deum conuertuntur, & consolationem petunt, remissionem peccatorum annunciat, iuxta dictum: Quorum remissionem miseritis peccata, remittentur eis. Et nihil dubium est, Sacramenta uerè esse applicationem generalis promissionis ad singulos, sicut Paulus inquit: Circumcisionem fuisse sigillum iusticiæ, id est, commonefactionem de promissione, & testimonium applicationis.

Præterea retento ritu priuatæ absolutionis magis in Ecclesia conspicitur discrimen Legis & Euangelij, & ostenditur testimonium ipsis exemplis, quòd in Euangelio mandatum traditum sit de remissione peccatorum, sicut Petrus Alexandrinus ritum publicum citauit contra Nouatianos.

CONTRA.

Iudex non potest absoluerè,
nisi causa cognita.

Pastor

DE POENITENTIA.

Pastor est iudex,
Ergo necesse est fieri cognitio-
nem, ad quam necessaria est
Enumeratio.

Respondeo. Nego minorem. Pastor enim est minister Euangelij, habens mandatum, ut Euangelium annunciet, seu multis, seu singulis. Et hæc absolutio fit ratione ministerij, & est consolatio coram Deo. Alia est absolutio in criminibus, quæ nota sunt, quæ fit ratione iurisdictionis, quæ distinguenda est à principali ministerio, & recipit eum, qui fuerat reus publicorum criminum coram Ecclesia. Hæc alibi copiosius declarantur.

III.
DE SATISFACTIONIBVS.

Nomen Satisfactionis à spectaculo publicæ poenitentiae sumptum est. Nam ut supra dixi, mos fuit in Ecclesia uetusta, pollutos atrocibus & manifesti

DE POENITENTIA.

nifestis sceleribus, cum se recipi petebant, collocare in loco certo templi spectandos in ueste lugubri. Sicut nostro tempore interdum Anabaptistæ deposito errore ita recepti sunt, ut aliquot diebus ante templum starent in conspectu populi, & signa suæ poenitentiae ostenderent.

Hic mos nequaquam existimabatur mereri remissionem peccatorum, seu culpæ seu poenæ, sed erat spectaculum publicum, institutum ad alios commonefaciendos, ut cogitarent, si miles lapsus uitandos esse. Erat etiam qualiscumque exploratio, an illi serio peterent se recipi. Fuit in omnibus rebus Vetusitas seuerior, quam hæc ultima & delira mundi ætas. Ideo excommunicati propter cædes, postea arcebantur à conuictu aliorum hominum, & gerebant certa signa reatus, ut alij homines scirent, eorum consuetudinem uitandam esse.

Hic mos haud dibiè à primis patribus acceptus est: Nam & apud
Eth

DE POENITENTIA.

Ethnicos, apud quos ueteris disciplina uestigia retenta sunt, eadem consuetudo mansit. Orestes interfecta matre gessit signa reatus, ut ubicumq; uagabatur, cæteri homines à conuictu eius abstinerent. Hæc signa postea in absolute amota sunt. Sic & Adrastus apud Herodotum gessit signa reatus.

Talibus exemplis uetustas comonefacere alios homines uoluit, ut magis abhorrerent à sceleribus.

Huius uetusti moris uestigium fuit spectaculum satisfactionum, ut nominabatur. Græci nominauerunt *ἐπιτίμια*, id est, castigationes. Sed postea superstitione creuerunt ritus, et accesserunt stultæ & impiæ opiniones. Ac Monachi quia fontes ignorabant, portentosas opiniones de Satisfactionibus finxerunt. Hæc historica ualdè prodest omnibus notissima esse, facilius enim postea disputationes de Satisfactionibus dijudicari possunt. Primum autem refutatio hæc tenenda est,

In

DE POENITENTIA.

69

In furto restitutio rei alienæ necessaria est, iuxta regulam: Peccatum non dimittitur, nisi ablatum restituatur. Et Paulus inquit; Qui furatus est, iam non furetur. Eph. 4.

Restitutio autem est Satisfactio, Ergo Satisfactiones sunt necessariae.

Respondeo, Nego minorem, quia restitutio non est Satisfactio illa, quæ Canonica appellatur, quæ est opus non debitum Deo, & de qua Monachi loquuntur, sed est opus debitum Deo, pertinens ad contritionem & Nouam obedientiam. Quia qui sciens retinet rem alienam, retinet animum furandi. Necesse est autem non perseuerare in sceleribus contra Conscientiam, iuxta dictum: Milita bonam militiam, retinens Fidem & bonam conscientiam. 1 Tim. 1.

Quid

Quid nominant Canonicam
Satisfactionem ?

Nominant opus indebitum, id est, non mandatum à Deo, quo fingunt compensari poenas aeternas seu purgatorij. In hoc deliramento magnum chaos est errorum, quod totum eius denter refutatur hoc uno dicto: Frustra colunt me mandatis hominum.

*Esa: 29.
Mavii. 7*

Estne distincta remissio culpæ à
remissione poenæ aeternæ ?

Respondeo. Nequaquam distincta est. Ac remissio culpæ prorsus eadem est, quæ est remissio poenæ aeternæ, iuxta dictum: Iustificati Fide pacem habemus. Item: Iustus Fide sua uiuet. Item: Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret pro mundo, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam aeternam. Nam aeterna poena est sensus iræ Dei. Remissa autem culpa, sit reconciliatio

concordia, & Filius Dei uoce Euangelij consolatur cor, & retrahit ex doloribus inferorum, de quibus dicit Ezechias: Sicut Leo contriuit omnia ossa mea. Et sequitur: Tu autem eruis animam meam, ne periret: Proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea. Item Micheas: Projiciam peccata uestra in profundum mare. Item: Effundam super domum Dauid Spiritum gratiæ & precum. Item totum caput octauum ad Romanos idem dicit.

Esa: 30.

Certissimum est igitur, semper simul fieri fide propter Filium DEI, & per eum, remissionem culpæ & poenæ aeternæ. Hoc scire ad consolationem necessarium est.

Estne distincta remissio culpæ à
remissione poenæ temporalis in hac uita ?

Respondeo. Est distincta. Ut: Adam, Dauid, accipiunt remissionem culpæ, & tamen simul subiunguntur poenis

K

pœnis in hac uita, quæ tamen nequaq̃ sunt compensationes aut merita pro pœna æterna, ut infulse et impiè sinxerunt Monachi, sed habent prorsus aliàs causas. Et hïc tota doctrina de causis humanarum calamitatum consideranda est, quæ in sola Ecclesia diuinitus patefacta est, & ignota est sapientiæ humanæ & Philosophiæ.

Philosophi dicunt causam mortis & morborum esse Materiam. Deinde multarum calamitatum causas esse errores iudicij in mentibus hominum, inordinatos affectus, et uoluntates non obtemperantes recto iudicio. Et si autem uerum est, has esse causas propinquas, tamen rursus queritur de Principali causa, unde sit in Materia, Mente & Voluntatibus tanta infirmitas & confusio. Hæc principalis causa primis parentibus statim nota fuit. Postea uerò Deus semper in Ecclesia doctrinam de ea causa repeti uoluit. Sunt autem hæc causæ.

Prima communis toti generi humano. Propter peccatum primorum paren-

parentum & peccatum nobiscum nascens, omnes homines sunt subiecti morti, tyrannidi Diaboli, & communibus calamitatibus, iuxta dicta, Genes. 3. & Rom. 5. Per peccatum mors. Item: Ephesi. 2. ait Paulus, Diabolum efficacem esse in impijs, ut horribilis historia totius mundi ostendit, cædes facta à Cain, & deinceps idolomania, bella & incestæ libidines.

Deinde de Ecclesia causæ sunt.

I. Prima communis, propter Peccatum nobiscum nascens.

II. Secunda. Quia Diabolus præcipuè insidiatur Ecclesiæ, iuxta dictum: Inimicitias ponam inter semen Mulieris, & Serpentem. Item: Diabolus circumcuius tanquam Leo rugiens. Et in Iob est: Diabolus est inter filios Dei &c.

III. Tertia. Quia Deus præcipuè in Ecclesia uult intelligi fram suam aduersus peccata, & crescere poenitentiam, lucem Fidei, & Inuocationem, & reprimi prauas inclinationes, iuxta dictum: Bonum mihi quòd humiliasti

ERRORES PAPIST.

me, ut discerem iustificaciones tuas.
Item: Cùm iudicamur à Domino cor-
ripimur, ne cum hoc Mundo damne-
mur: Efaia 26. Angustia clamoris di-
sciplina eis est.

III. Quarta. Multi in Ecclesia ha-
bent etiam actualia delicta, quæ puni-
untur singularibus pœnis, quæ inter-
dum sunt *προκαταρτιμαί* ut totæ Gen-
tes puniantur, ut, Dauidis adulteri-
um, stuprum in Benjamin, idolatria
Aaronis, Manasse, & aliorum. De
his dicitur: Iram Domini portabo,
quia peccaui ei: Et tamen cùm sededo
in tenebris, Dominus erit lux mea.
Item: Cùm iudicamur, à Domino cor-
ripimur, ne cum hoc mundo damne-
mur.

V. Quinta. Vult Deus præcipua
membra Ecclesie conspicui insigniter
conformia imaginis Filij Dei, & eor-
um neces testimonia esse de doctrina,
& de futuro iudicio. Vt quia sinit in-
terfici Paulum à Nerone, significat re-
stare aliud iudicium.

VI. Sexta. Sinit Deus accidere
sanctis inextricabilia humano consilio,

DE POENITENTIA.

ut ostendat præsentiam suam in Eccle-
sia Numeri 14. Vt sciant, quod sis in
populo isto. 1. Reg. 14. Vt sciat om-
nis terra, quod sit Deus in Israel. Et
Ieremias, inquit: Misericordie Domini
quod non consumpti sumus &c.

Has causas in conspectu habere
necesse est, ad discernendam doctri-
nam Philosophicam, item superstitio-
nes, & doctrinam Ecclesie, & ad con-
firmendam fidem, obedientiam in cas-
laminatibus, spem, inuocationem, pes-
titionem & expectationem liberatio-
nis aut mitigationis, sicut re ipsa differ-
runt ab exitijs Ethnicis castigationes
Ecclesie, de quibus dicitur: Non accen-
dam totam iram meam. Item in Aba-
cuc: In ira misericordie recordabitur.
Item: Non faciam furorem iræ meæ.
Item: Domine ne in furore tuo arguas
me. Item: Libera me de sanguinibus
Deus Deus salutis meæ. Item: Casti-
gans castigauit me, & morti non tra-
didit me: Non moriar, sed uiuam et præ-
dicabo opera Domini. Item: Conuer-
timini ad me, & ego conuertar ad uos.

K 3 In

2/1/50
147 11 Inuoca me in die tribulationis, eripiam te, & glorificabis me. Item: Si iudicarem nos ipsos, non iudicaremur à Domino &c.

Hæ causæ calamitatum considerandæ sunt, & simul conferendæ consolationes, & accendendæ sunt mentes, ut crescant Pœnitentiâ, Fides, Spes, Inuocatio, & cæteræ uirtutes.

Hæ calamitates communes aut singulares, quibus Deus nos castigat, nequæ sunt satisfactiones, id est, merita remissionis culpæ aut pœnæ æternæ, aut purgatoriij. Sed habent alias causas, uidelicet aut ut sint Exercitia, ut carcer Ioseph, ut in tertiâ causa supra dictum est, aut ut sint *31109101*, ut pœna Dauidis, ut in quarta causa diximus, quia uult Deus conspici exempla iusticiæ suæ in pœnis homicidarum, etiam si conuertuntur ad Deum. Aut sunt *μαρτύρια*, ut Prophetarum supplicia, Abel, Iohannis Baptistæ, Esaiæ, & aliorum.

ARGVMENTVM.

Dauidi

Dauidi post remissionem culpæ imposita est pœna,

Ergo Satisfactiones ad remissionem culpæ accedere debent.

Respondeo, Nego consequentiam, quia aliud est pœna temporalis Diuinitus imposita, aliud satisfactio, Et longè aliud Satisfactio ab hominibus ex cogitata. Et si autem saepe sequuntur pœnæ temporales atrocità delicta, quia uult Deus intelligi, se esse, & iustum esse, & uindicē, ac destruere non congruentes ad suam iusticiam, Tamen has ipsas mitigat agentibus pœnitentiâ, nec punit omnia delicta talibus pœnis temporalibus. Ideo inquit: Non accendam totam iram meam &c. *gal. 60*

Præterea hæ pœnæ temporales Diuinitus impositæ non tolluntur potestate Clauium, ideo nihil huc pertinet comenticię satisfactiones, quæ nominantur canonica. Ac ut discrimina

K 4 affli

ERRORS PAPISTA.

afflictionum melius intelligi possint, genera distinguantur iuxta causas finales. Sunt autem hæc quatuor genera.

I. Omnes afflictiones aut sunt *τιμωρίαι* id est, pœnæ, ut pœna Davidis, id est, destructio propter scelus.

II. Aut sunt *δοκιμασίαι*, ut carcer Ioseph, quia Ioseph non meruit peccato aliquo actuali, ut ita malè tractetur.

III. Aut sunt *μαστιγία*, ut supplicia, Abel, Baptistæ, Jeremiæ, Esaiæ & aliorum, sunt testimonia de Doctrina.

IIII. Aut, *λίτρον*, ut solius CHRISTI meritum.

ALIVD ARGV-
mentum.

Si nos iudicaremus, non iudicemur a DOMINO 1. Cor. 11.

Satis

DE POENITENTIA.

74

Satisfactione nos iudicamus, id est, punimus.

Ergo non iudicamur a Domino, id est, Deus tollit pœnas propter nostram Satisfactionem.

Respondeo, Nego minorem, quia satisfactione Canonica, ut uocant, non iudicamus nos, sed uera conuersione, iuxta dictum: Frustra colunt me mandatis Hominum. Paulus uocat iudicare totam conuersionem, non externas & simulatas tragœdias, ab hominibus excogitatas. Nec pœnæ æternæ, nec pœnæ corporales tolluntur per opus impij militis, cum iter facit cataphractus ad sanctum Iacobum, sed cumulantur peccata idolorum cultu, sicut ex opinione Papistica de Satisfactionibus magna scelera & tetri errores orti sunt, quod ostendunt ipsi Canones de Satisfactionibus, et multa exempla meminimus.

K 5 Errores

Errores etiam isti à Spectris confirmati sunt. Ego amicam habui, quæ cum mortuo marito uicina partui moesta sederet ad focum uesperis, duo ingressi sunt domum, quorum alter habebat Mariti speciem, & sese esse maritum mulieris mortuum dicebat. Alter longus Franciscani Monachi speciem habebat. Et cum ad focum accessisset is, qui induerat Mariti speciem, salutat uxorem moestam, iubet eam esse sine metu, quia uenerit mandata quæ etiam ei daturus, & illum longum Monachum iubet tantisper ingredi in hypocaustum. Deinde colloquens petit ut Sacrificulos conducatur, qui Missas celebrent. Discessurus petit ut sibi dextram porrigat. Cum uero perterrefacta eundaretur, et ipse promitteret, non fore ut laderetur, dat dextram, quæ etiamsi non est laesa, tamen ita uisa est, ut semper atra manserit. Postea reuocatur illum longum Franciscanum, & discedentes mox euanescent. Tales historię multæ non leguntur tantum, sed etiam hominibus fide dignis notæ sunt.

Necesse

Necesse est igitur errores de Satisfactionibus taxari, & restituenda est dicto Paulino natiua sententia dulcissima. Hoc enim docet, mitigari pœnas, etiam in hac uita, his qui conuertuntur, ut Dauidi, Manassæ, Niniuitis mitigantur pœnæ post conuersionem. Sicut & in Zacharia dicitur: Conuertimini ad me, & conuertar ad uos. Et Esaia 33. dicitur: Panis ei dabitur: Regem in decore suo uidebit. Et Esaia 58: Frange esurienti panem tuum, & eris uelut hortus irriguus. Ad has sententias congruit Pauli dictum: SI NOS IUDICAREMUS, NON IUDICAREMUR A DOMINO. Et loquitur de uera conuersione. Et consolationis causa sæpe cogitandum est, ut sciamus, Deum pœnas corporales mitigare ijs, qui ad ipsum conuertuntur.

Quid est Coena Domini?

EST communicatio corporis et san-
guinis Domini nostri Iesu Christi,
sicut in uerbis Euangelij instituta est,
in qua ^{sumptione} Filius Dei uerè &
substantialiter adest, & testatur se ap-
plicare credentibus sua beneficia, & se
assumpsisse humanam naturam prop-
ter nos, ut nos quoque libi insertos Fi-
de membra sua faciat, & nos ablutos
esse sanguine suo. Simul etiã testa-
tur, se uelle in credentibus deinceps
esse, & se, cum sit λόγος aeterni patris,
docere, uiuificare et regere credentes,
sicut inquit Iohannis 15. Manete in me,
& ego in uobis: Qui manet in me, &
ego in eo, id est, qui fide retinet
Euangelium, in eum uerè adest Filius
Dei.

Quis est fructus Sumptio-
nis?

Vsitate

Vsitate respondetur, quòd sumptio
fiat ad confirmandam fidem, uidelicet
ut applicentur credenti beneficia Chri-
sti, sicut supra dictum est, Sacramenta
esse testimonia applicationis, quod ne-
cesse est intelligi, non ut Papistæ lo-
quuntur, ex opere operato, id est, sine
bono motu utentis in adultis, sed cum
Fide accipiunt. Sic enim, & non ali-
ter colligit aeternam Ecclesiam filius
Dei, uoce Euangelij, et usu Sacramen-
torum, sicut dicitur: Fides ex auditu
est, auditus per Verbum Dei. Trahit
igitur uoce Euangelij, & uult nos as-
sentiri. Eodem modo de Sacramentis
dicitur, sicut Augustinus confert Ver-
bum & Sacramenta, cum dicit: Sacra-
mentum esse uerbum uisibile.

Est igitur hic primus fructus, hoc
testimonio confirmare Fidem, & sta-
tuere, quòd hoc tanquam pignore seu
sigillo filius dei se tibi applicare sua be-
neficia testetur, sicut & Paulus Cir-
cumcisionem appellat Sigillum Iusti-
ciae, id est, testimonium confirmans
nos. Postea haec explicatio magis de-
claretur,

DE COENA DOMINI.

claretur. Ita fit applicatio beneficiorum, ut credens inseratur Christo, & fiat eius membrum, & testimoniū habeat, quòd filius Dei assumpserit humanam naturam propter NOS, ut nos sibi insertos tanquam surculos seruet, cum totum genus humanum funditus periturum fuisset, nisi ipse massam nostram assumpsisset, & nos sibi insereret. Sic igitur prodest sumptio, & fit dulcissima, cum hos fructus cogitamus.

I. Primum, cum Fides in conuersione intuetur Filium Dei, testificantem, se tibi applicare remissionem. Deinde testificantem, se ideo assumpsisse Humanam naturam, ut sustentet nos, colligat æternam Ecclesiam, uiuificet eam, & semper sit in credentibus filius Dei λόγος cum uoce Euangelij, gestet & gubernet eos.

II. Secundò accedat Gratiarū actio pro filij missione, pro assumptione humanæ naturæ, pro ipsius passione, pro redemptione, pro donatione Euangelij, pro uiuificatione, quæ fit per ipsum & spiritum sanctum, pro restitutione
uitæ

DE COENA DOMINI.

uitæ æternæ, pro collectione Ecclesie, denique pro omnibus beneficijs. Vtrunque complectitur Dominus, uidelicet, confirmationem Fidei, & Gratiarum actionem, cum inquit: Hoc facite in mei recordationem. Quia recordatio non simulata, est, in uera conuersione petere & credere remissionem propter Mediatorem, & hac fide erigi, & uiuificari per eum, & deinde uerè gratias agere. Ideo uetustas usa est nomine *Εὐχαριστίας*.

III. Tertio simul cogitandum est, uerissimè Deum uelle hanc sumptionem in publico congressu fieri, ut sit neruus honestæ congregationis, quia Deus semper uoluit Ecclesiam esse uisibilem cœtum, habere honestos congressus publicos, in quibus sonet uox Euangelij de filio Dei, sicut scriptum est: In omnem terram exiit sonus eorum.

Non uult Deus, suam doctrinam similem esse arcanis mysterijs Eleusinjs. Sed uult in toto genere humano exaudiri et agnosci Filium, Ideo et ipse
miran

miranda potentia seruat & seruabit honestos Ecclesiæ congressus, & uult singulos adiuuare horum publicorum congressuum conseruationem, ut Ministerium docendi, conseruetur.

Ibi uult Deus communem precationem & gratiarum actionem fieri, ibi uult ostendi confessionem, quod genus doctrinæ singuli amplectantur. Ibi uult etiam membra Ecclesiæ inter se simul facere officia mutuæ dilectionis, & ostendere, se esse unum in Christo, et consentientia unius Christi membra. Sicut Paulus inquit: Unus est panis, unum corpus multi sumus. Ac semper uetustas fœdera confirmauit societate sacrorum; Ideo $\Sigma\pi\omicron\upsilon\delta\alpha\iota$ significant fœdera, cum $\Sigma\pi\omicron\upsilon\delta\eta$ propriè sit libatio, à $\sigma\pi\iota\omega$, quod est à $\omega\iota\omega$

Hæ tres grauissimæ causæ semper in Synaxi cogitandæ sunt, quæ quidem ipsas mentes & ad conseruationem publici ministerij, et ad sumptionem inuitant.

Quid

Quid differunt Sacramentum & Sacrificium.

Semper hoc in conspectu sit in Ecclesia Sacramenta non tantum esse signa professionis externæ, ut Toga discernerebat Romanum ab alijs hominibus; Sed esse signa uoluntatis Dei erga nos, & quidem in nouo testamento esse testimonia gratiæ, addita promissioni, id est, testari quod Deus propter Filium credentes recipiat, & applicet eis promissionem.

Etsi autem multi tantum iudicant politico more, hos ritus esse signa professionis, instituta ut discernant homines; Tamen sciamus, hunc non esse principalem finem Sacramentorum, quanquam hic finis etiam postea accedit, ut, Circumcisio primum significabat promissionem de uenturo semine, & de Gratia, Postea etiam erat signum discernens Israelitas à Gentibus.

Deinde Sacramenta etiam à Sacrificijs discernenda sunt. Sacramenta
L, tunc

sunt ritus diuinitus instituti, in quibus Deus affirmat, se nobis aliquid dare, id est, testatur credentes recipi ad se, & eis applicari promissionem, ut de Circumcisione dicit: Ego ero Deus eorū.

Gen. 17

Sed sacrificia nominantur opera quaecumq; à Deo præcepta, quæ nos reddimus Deo, ut ostendamus, nos agnoscere, hunc uerè esse Deum, quem sic colimus, & uelle eum coli, sicut docet. Vt, Israelitarum confessio contra Nabuchodonosor, & constantia in supplicio est Sacrificium, id est, est res quæ offertur Deo, qui tribuunt ei debitum honorem, id est, ostendunt, hunc esse Deum, quem sic colunt, & non alios, & uelle eum coli, sicut docet. Sic castitas Ioseph est Sacrificium, id est, opus quod Ioseph Deo reddit, & testatur hac obedientia, se sentire, hunc uerè esse Deum, quem sic colit, & uelle eum hac obedientia coli.

Est igitur Sacrificium opus à Deo mandatum, factum in agnitione Mediatoris & fide, ad hunc finem, ut Deo præstetur honos, id est, ut eo opere testemur

testemur, hunc uerè esse Deum, et uelle eum sic coli. Hac distinctione considerata postea facilius intelligi potest disputatio de oblatione, seu de sacrificio.

Vtile est & alteram distinctionem considerare. Osiander fecit tres species Sacrificiorum.

I τυπικά

II. ἱλαστικόν.

III. διδασκικόν.

ἱλαστικόν est unicum CHRISTI Sacrificium, quo Christus se offert æterni Patri, & deriuat in sese iram, & meretur nobis sua obedientia reconciliationem.

τυπικά nominat omnia Leuitica. Et in his erant διδασκικά quatenus inderalebantur Leuitæ, & eorum familia. Sed addo meam distinctionem. Vnicum Sacrificium est ἱλαστικόν, scilicet, tota Christi obedientia. Aliorum omnium piorum sacrificia sunt ευχαριστικά. Et hæc aut sunt τυπικά, aut sunt moralia.

De uocabulis publici ritus

Cœnæ Domini.

DE COENA DOMINI.

Prima appellatio est, Coena Domini, 1. Corinth. 11. qua appellatione ritus simplicissimè appellatur.

II. Postea in Græca Ecclesia nomen usurpatum est usq; ad hæc tempora *λατρευγία*, quod significat simpliciter administrationem publici boni, ut si quis dicat, instrui & apparari nauim *λατρευγίαρ*. Est enim à *λαίτρορ*, id est, bello dando partum, non à *λαίτν*, id est, precatio. Non est igitur sacrificij nomen, sed Ministerij, in quo unus multis seruit, exhibens Sacramentum. Notissima est enim appellatio *λατρευγία* de oneribus publicis, ut sciunt omnes medicripter docti in Græca lingua.

III. Tertia appellatio est *συνάξις*, à cogregatione, quia Deus uult publicos esse Ecclesiae congressus honestos, & eos immensa bonitate seruat, & hanc Ceremoniam uult esse neruum publicæ cogregationis.

III. Quarta appellatio *ευχαριστία* est Gratiarum actio, quia uerissimum est,

DE COENA DOMINI.

80

est, Filium Dei in illa Coena primum uelle Fide accipi beneficia sua. Deinde & gratias agi pro tota redemptione, et collectione Ecclesiae.

V. Quinta appellatio est *ἀγάπη*, siue quia olim simul afferebantur ad Coenam Domini panes & aliae res distribuendae pauperibus: Siue quia iudicabant esse foedus mutuae dilectionis. Quod etsi uerum est, tamen alius est prior & principalis finis, scilicet, Testimonium seu pignus esse uoluntatis Dei erga nos.

Romani uisunt nomine MISSA, nec scitur, an id nomen ab Ebreis sumptum sit, an uerò Latinam originem habeat. In Deuteronomio capite 16. legitur uocabulum Missa pro contributione, quia in ferijs, ut iam dixi, multa afferebantur distribuenda pauperibus.

Alij dicunt Latinum esse Missam pro remissione peccatorum, sicut & Cyprianus utitur uocabulo Remissa pro Remissione, quia ibi annunciatu Remissio peccatorum omnibus con-

L. 3 uerlis,

uerlis, qui ad coenam Domini admissi sunt. Fuerunt igitur tanquam uerba absolutionis: *ἀφαιρέσις ἔσω*, populis sit remissio, id est, sit uobis remissio, qui accessistis ad communionem. Quod Latini imitati sunt: **ITE MISSA EST**, id est, remissio peccatorum uobis certò annunciata est. In his uocabulis publicè usitatis nullū est, quod oblationē aut sacrificiū propriè significet, **Quare necesse est MISSAM Papistarum taxari?**

Quia omnis idolatria est taxanda, fugienda & abolenda. Idolatricum est autem, quod dicunt Papistæ, Sacrificulos sua oblatione et Missa mereri remissionem peccatorum facienti & alijs. Et quidem cumulant errores, cum addunt, eam oblationem mereri ex Opere operato, ut ipsi loquuntur. Quæ opinio palàm Ethnica est. Necesse est igitur Papisticam MISSAM taxari, uitari & aboleri.

MINOR probatur. Quia ad **EBRÆOS** expressè scriptum est: **Vnicò Sacrificio consummauit Sanctos.**

Præterea nullum opus externum in nouo Testamēto placet, ut illi loquuntur, ex opere operato. Quia scriptum est: **Veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu & ueritate.**

Alia ratio.

Tenenda est Regula: **NIHIL HABET RATIONEM SACRAMENTI EXTRA VSVM, QUI INSTITUTVS EST A DEO.** Oblatio non instituta est in uerbis Euangelij, sed sumptio. Igitur non est facienda oblatio.

CONTRA.

Vniuersalis Ecclesia non errat, Græca & Latina Ecclesia faciunt mentionem oblationis,

Ergo est aliqua oblatio.

Respondeo. Vetus Ecclesia Græca loquitur de oblatione gratiarum actionis, non de Merito, seu propiciatione pro peccatis, quia expressè dicit

1 4 Offe

DE COENA DOMINI

Offerimus pro Patribus, Prophetis & Apostolis, uidelicet Gratiarum actionem, sicut uerum est, semper in Coena Domini hac facienda esse ordine publice & priuatim.

I. Proponendam esse doctrinam de beneficijs CHRISTI, de Poenitentia & fide.

II. Secundò, Faciendam esse Inuocationem.

III. Tertio, Sumptionem, qua Fides confirmetur in conuersis, qui statuunt, uerè sibi applicari beneficia Mediatoris. Et in eo exercitio Fidei sumptio habet rationem Sacramenti, quia accipit beneficia Dei.

IIII. Quarto, accedat gratiarum actio publice & priuatim de toto beneficio redemptionis & collectionis Ecclesiae, & de alijs beneficijs, Spiritu alibus & corporalibus. Ideo uetustas usa est nomine *ευχαριστίας*. Sed prius intelligenda est ratio Sacramenti.

DE

DE INVOCA. PRECA. ETC.

DE INVOCAZIONE,
PRAECATIONE
ET GRATIARVM
actione.

82

Quid est cultus Dei?

RESPONDEO. Est opus à DEO mandatum, factum in Fide, id est, uera agnitione & fiducia Mediatoris, quod refertur ad hunc finem, ut Deo tribuatur honos, id est, ut testemur, hunc uerè esse Deum, quem sic colimus, & eum sic uelle coli. Sit igitur regula cultuum Decalogus rectè intellectus, iuxta dictum Ezechiel. 20. In praeceptis meis ambulare, non in praeceptis Patrum. Et in prima tabula praecipuè de Inuocatione praecipitur, iuxta dictum: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.

Quid est inuocatio seu Adoratio?

L. 5. Est

DE INVOCA. PRECA. ET

Est aut petere à Deo propter Me-
diatorem bona necessaria, aut pro be-
neficijs Deo aut Mediatori gratis age-
re. Quòd uerò aliqui tertium genus
adiungunt, celebrare Laudes DEI, id
spargitur in illa duo genera, aut certè
est doctrina ostendens quid & qualis
sit. Quod si quis uult esse tertium ge-
nus, non repugno.

Quomodo facienda est Inuo-
catio seu Petitio?

Satis intelligi potest, alium mo-
tum in corde esse, petentem ut nobis
aliquid detur: Alium, latari accepto
beneficio. Primum igitur discatur,
quomodo facienda sit petitio. Ac tur-
pis negligentia est, cum de cæteris uir-
tutibus tam multa & scripta & dispu-
tata sint, de uera precatone, quæ est
summa uirtus, minus cogitari. Necess-
aria est autem præcipuè Sex rerum
consideratio.

I. PRIMO COGITANDUM EST,
QUID ET QUEM DEVM, VBI PA-
TEFACTVM INVOCES, VT DISCER-
NAS TVAM INVOCAIONEM AB
Ethnica

GRATIARVM ACTIONE.

ETHNICA. Ideo Iohannis. 4. scri-
ptum est: Vos adoratis quod nescitis:
Nos adoramus quod scimus.

Vult Deus nos intelligere in pre-
catione, quid agamus, & quid inuocemus.
Vult se uerum Deum à com-
menticijs numinibus discerni. Ideo di-
ctum est: Dominum Deum Tuum ad-
orabis, & illi soli seruias. Vult non ua-
gari cogitationes nostras, ut uagatur
Hecuba apud Euripidem: O Iupiter,
quidquid es, siue hoc cælum, siue
Mens, quæ uehitur in cælo.

Ac semper Deus illustre testimo-
nium proposuit, quo uoluit agnosci &
discerni, sicut in Decalogo nominat
Eductionem ex Aegypto. Et aptea di-
cunt Patres: Deus Abraham, Deus Exod. 3
Isaac, Deus Iacob, id est, te uerum De-
um inuoco, qui te patefecisti Abrahæ,
& ei promissionem tradidisti. Ac testi-
monia omnia referantur ad Filium.

Sit igitur directa mens ad hunc ue-
rum Deum, qui se patefecit misso Filio
Domino nostro Iesu Christo, crucifixo
& resuscitato. Et quidem nominentur
personæ

DE INVOCA, PRECA, ET
personæ initio precationis, & cogite-
tur, quæ cuiusque sit proprietas, ut
discernatur Deus ab omnibus creatur-
is, & discernatur inuocatio uera ab
Ethnica inuocatione.

FORMA PRE-
cationis.

OMNIPOTENS AETER-
ne & uere DEVS, æter-
ne Pater Domini nostri IESV
CHRISTI, qui te patefecisti
immensa bonitate, & clamasti de
Filio tuo, Domino nostro Iesu
CHRISTO: HVNC AVDITE,
creator cœli & terræ, & Ecclesiæ
Angelicæ & Humanæ, unâ cum
Filio tuo coæterno, Domino
nostro IESV CHRISTO,
crucifixo pro nobis & resuscita-
to, qui est imago tua, & λόγος
ad Ecclesiam missus: Et cum
SPI

84
GRATIARVM ACTIONE.
SPIRITV SANCTO tuo,
sapiens, uerax, bone, iuste, iudex,
misericors, caste & liberrime, qui
dixisti: Uiuo ego, nolo mortem
peccatoris, sed ut conuertatur &
uiuat. Item: Inuoca me in die tribu-
lationis, eripiam te, & glorificabis
me. Item: Effundam super domum
David Spiritum gratiæ & precum,
confiteor tibi, me miserrimum pec-
catorem horribiliter peccasse, &
doleo toto corde quod offendi te,
Miserere mei, & exaudi me, et iusti-
fica me, per & propter Filium tu-
um, Dominum nostrum IESVM
CHRISTVM, crucifixum pro no-
bis, & resuscitatum *λογόν καὶ εἰκόνα*
σοῦ αἰδίου, quem uoluisti pro nobis
esse uictimam *καὶ μεσίτην. καὶ ἱκέτην*, &
sanctifica me Spiritu sancto tuo,
&c.

Simul

DE INVOCA. PRECA. ET

Simul etiam cogitet mens de distinctione personarum. Pater est persona quæ genuit Filium λόγος, & per eum, uult innotescere, & cum Filio & Spiritu sancto omnes creaturas condidit & sustentat, & in Baptismo Filij dicit: Hic est Filius meus dilectus &c.

Filius nominatur λόγος, & respectu Patris, quia est integra eius imago, & respectu nostri, quia persona est, ad Ecclesiam missa, ut primum profertur ex sinu Patris mirandum decretum de reconciliatione & restitutione uitæ æternæ, quod omnibus creaturis ignotum est, & deinceps semper adlit Ecclesiæ, illustret promissionem in Prophetis, & sustentet & restituat ministerium Euangelij, & immediate efficax sit in eo ministerio, & assumpta humana natura sit propiciatio pro nobis, & ostendat quomodo Pater agnoscendus sit ipso agnito, & ut ipse sit efficax in ministerio, dicat consolationē uocē Euangelij, uiuificet credentes, seruet ministerium Euangelij, iuxta dictum: Dat dona hominibus &c. Et per ipsum detur

GRATIARVM ACTIONES

detur Spiritus sanctus, sicut expressè in Actis dicitur, cap. 2. Dextra Dei exaltatus promissionem Spiritus sancti accipiens à Patre, effudit eum &c. Et rectè inquit Athanasius: QUANDO QUOQUE DICITUR ESSE IN HOMINE SPIRITVS SANCTVS, EST IBI PER VERBUM.

SPIRITVS SANCTVS EST AGITATOR tanquam flamma, quæ accendit affectus in corde tales, qualis ipse est, amorem Dei, & læticiam in Deo, & alias uirtutes. λόγος ostendit mentem Patrem & uoluntatem Patris, uocē Euangelij noticiam accendens, Spiritus sanctus est uiua flamma agitatrix in corde

Hæ proprietates personarum in uera inuocatione cogitandæ sunt, & sæpe professio Symboli recitanda est, & discernenda nostra inuocatio ab Ethnicis & alijs erroribus &c.

II. SECUNDA CONSIDERATIO est præceptum. Cogitandum est Deum uelle coli petitione gratiæ & aliorum donorū, ut discernatur à malis naturis, & tribuatur ei hic honos, & sit sapiens, bonus

bonus, beneficus, dator uitae, sapientiae & aliorum bonorum, & quod uelit sua bona nobis communicare, sicut Psal. 49: inquit, se uelle hoc modo colit: Inuoca me in die tribulationis, & eripiam te &c. Ac ut uiolatio praeccepti Non occides, displicet Deo, sic displicet & uiolatio secundi praeccepti, neglectio inuocationis, cum dictum sit: *74: 16* Perite & accipietis.

III. TERTIA CONSIDERATIO est conuersionis. Dicat enim aliquis: Quid petam, cum scriptum sit: *104: 9* Peccatores Deus non exaudit: Hic tenenda est uox iuramenti: Viuo ego dicit Dominus, nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat. Non perseueret inuocans in sceleribus contra conscientiam, sed uere conuertatur ad Deum. Et in qualibet uera inuocatione fit aut crescit conuersio seu poenitentia ad Deum. Ioel 2: Scindite corda uestra, & conuertimini ad Dominum Deum uestrum, quia misericors est, & poenitet eum mali.

III. Quarta

III. QVARTA CONSIDERATIO est Promissionis. Neque conuersio ad Deum, neque inuocatio fieri potest, nisi simul promissione Gratiae & fiducia Mediatoris erigamur, ut accedamus ad Deum, iuxta dictum ad Ephesios: Per hunc audemus accedere confidenter per fidem in ipsum. Necessum est igitur primum fide accipere remissionem peccatorum, & reconciliationem, & statuere, quod inuocatio placeat Deo, nec sit irrita. Deinde & ceterae promissiones de alijs beneficijs & mitigatione calamitatum intuendae sunt. Necessum est enim semper in conspectu esse doctrinam de distinctione promissionum.

Prima et summa promissio est, promissio Gratiae & uitae aeternae propter Mediatorem dandae gratis. Hoc summum bonum est, quod uult Deus accipere, etiam omnibus bonis corporalibus amissis, iuxta dictum Iob: Etiam si occidet me, sperabo in eum. Nec peti alia bona possunt, nisi praelucente promissione Gratiae, iuxta dictum: Neque potest

764. 14 potest accedere ad Patrem, nisi per Filium.

Item: Quomodo inuocabunt, nisi credent?

Item: Quidquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit uobis.

114 Alia sunt promissiones de bonis necessarijs in hac uita. Quia enim Deus in hac uita colligit Ecclesiam uoce Euangelij, & non aliter, tribuit etiam aliqua uitae spacia, et politias & Oeconomias, iuxta dictum: Non mortui laudabunt te Domine. Item: 1. Timo. 4: Pietas promissionem habet praesentis uitae, & futurae. Item: Primum quaerite regnum Dei, & caetera adiungitur uobis, Scit pater uester coelestis, uos illis rebus indigere.

V. QUINTA CONSIDERATIO est de Fide. Hic primum sciendum est, fidem quaerit remissionem, reconciliationem & uitam aeternam, gubernationem animae, oportere in specie haec ipsa bona petere & expectare, sine conditione. Quia Deus uult haec nominatim

nominatim peti. Et non habere haec dona est manere hostem Dei, & contumelia Deum afficere. Ideo dictum est: Vivo ego, dicit Dominus, nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur, & uiuat.

Sed Fides, quaerit bona corporalia, ut Dauid petens se reduci in regnum, petit cum conditione: SI DEO placet. Quia utrunque sciendum est, & petenda esse haec bona, & tamen Ecclesiam subiectam esse cruci, & debere obedientiam Deo, iuxta dictum: Humiliamini sub potenti manu Dei. 1 Pet. 5

Nec tamen irrita est precatio, Aut enim tollitur poena, aut mitigatur, ut Iob, Dauid, Manasses, restituantur in sua regna. Amaliae & Osiarum mitigatione sunt poenae, sicut plerumque fit, iuxta dictum: Non faciam furorem irae meae. Item: Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit? Item Domine in iudicio corrigas me, ne ad nihilum redigas me. 130

Ma

De

DE INVOCA. PRECA. ET

Deniq; necesse est firmissimè hanc regulam tenere; Etiam amissis omnibus bonis corporalibus, & cum uita corporis certò amittenda est, tamen retinenda est promissio gratiæ & uitæ æternæ, iuxta hæc dicta:

Ezechielis 18. Viuo ego dicit Dominus: Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur, & uiuat.

Item: Sic Deus dilexit Mundum, ut Filium unigenitum dederit, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam æternam.

Item: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, Ego reficiam uos.

Item: Etiam si occidet me, sperabo in eum.

Item: Sacrificium Domino Spiritus contritus, Cor contribulatum Deus non despicias.

Et est æternum & immutabile mandatum omni tempore, ut ad Deum conuertamur, iuxta dictum: Conuertis

GRATIARVM ACTIONE.

uertimini ad me, & ego conuertar ad uos. Et non uolens conuersionem, nec petens remissionem manet hostis Dei, & contumelia eum afficit, iuxta dictum: Qui non credit in filium, ira Dei manet super eum. Ideo omni tempore necessaria est conuersio.

VI. SEXTA CONSIDERATIO est rerum petendarum, sicut Iohannes inquit: Quidquid petieritis secundum uoluntatem eius, dabit uobis, id est, non sunt res petendæ prohibitæ à Deo, sed quarum petitio congruit cum Decalogo, & promissionibus diuinis de bonis spiritualibus & corporalibus, sicut supra dictum est, de distinctione promissionum. Et promissiones aliæ loquuntur de bonis spiritualibus, aliæ de bonis corporalibus. Ut

Quanto magis Pater uester cælestis dabit Spiritum sanctum petentibus.

Item: Inuoca me in die tribulationis, & eripiam te.

M 3 Item:

DE INVOCA. PRECA, ET

7. ier. 1. Item: Si quis egebit sapientia, pe-
tat sine dubitatione, & dabitur ei.

psal. 25. Item: Pater & Mater derelique-
runt me, DOMINVS autem sus-
cepit me.

Item: Timenti Dominum non de-
erit omne bonum.

psal. 34. Item: Multae tribulationes iusto-
rum, sed ex omnibus liberabit eos
Dominus.

Ac uult Deus exerceri Inuocatio-
nem & Fidem petitione corporalium
rerum, iuxta dictum: Panem nostrum
quotidianum da nobis hodie &c.

7ob. 14. Semper autem Regula tenenda
est, In petitione corporalium bono-
rum oportere praelycere Fidem, qua
accipit promissionem Gratiae, iuxta
dicta: Nemo accedit ad Patrem, nisi
per Filium. Item: Quidquid petieris
Patrem in nomine meo, dabit uo-
2. cor. 11. bis. Item: In Christo omnes promissio-
nes sunt ratae.

Addenda est & admonitio de
mora, & de modo liberationis. Vult
Deus

GRATIARVM ACTIONE.

8. 7. Deus suam praesentiam agnosci in Ec-
clesia, & a se peti ac expectari auxilia-
um, uult exerceri Fidem, Inuocatio-
nem & Spem, nec uult consilia huma-
na seu cogitationes humanas dominari
in gubernatione uitae, sed uult sciri,
Ecclesiam diuinitus regi, sicut inquit:
Ne dicatis, manus nostrae haec fecerunt.

Non igitur dat euentus mox, &
ijs modis, quos cogitat humana ratio.
Ut, Quaquam promiserat Deus, se
seruaturum esse stirpem Iuda, donec
nasceretur Messias: Tamen erant ina-
nes imaginationes hostium Ieremiae,
qui disputabant, non posse deleri tem-
plum & politiam eius temporis. Pote-
rat enim Deus aliter & seruare & res-
tituere, quam ipsi cogitabant. Et re-
uera maior gloria fuit populi in exilio
quam domi fuisset, quia propagata est
doctrina in magna parte regni Baby-
lonici et Persici, sunt conuerli quatuor
Reges, Nabuchodonosor, Ephimero-
des, Darius Medus, & Cyrus. Edita
sunt miranda testimonia, seruati tres
utri in igni, Daniel inter leones &c.

Dani. 9. 11.
M. 4 Obiurg.

DE INVOCA. PRECA. ET

Obiurgat igitur Iudith cap. 8. ci-
ues, qui dies quinque præfuerant:
QVI ESTIS VOS, QVI TENTATIS
DOMINVM, POSVISTIS TEMPVS
MISERATIONIS DOMINO.

Sed regula tenenda est de Circum-
stantijs, Abac. 2: SI MORAM FECE-
RIT, EXPECTA EVM, QVIA VENI-
ENS VENIET, ET NON TARDABIT.

Et Luce 18: Oportet semper ora-
re, & non languere &c.

Hæ regula non solum de tempore,
sed etiam de alijs circumstantijs intel-
ligantur, videlicet de modo liberati-
onis, de personis. Vt, Longè aliter li-
berati sunt Ioseph, Ionas & plurimi
omnibus temporibus, quàm ipsi cogi-
tauerunt, ut Psalmo 71. dicitur: Libe-
rauit pauperem, cui non erat adiutor,
Psalmo 26: Pater & Mater derelique-
runt me, Dominus autem suscepit me.
Et in dicto Iosaphat: Cum nescimus,
quid agendum sit, Oculi nostri ad te
Deus noster &c.

Quid est Gratiarum
actio?

Respon-

GRATIARVM ACTIONE.

90
Respondeo, In genere est profes-
sio, unde sit acceptum beneficium, &
est obligare sese ad mutua officia. Nam
Gratitudo est uirtus compolita ex du-
abus summis uirtutibus, scilicet, ex
Veritate & Iusticia. Veritas profite-
tur, unde sit acceptum beneficium, Iu-
sticia præstat mutua officia. Ergo in-
gratus & mendax & iniustus est.

Vult autem Deus intelligi ab ho-
minibus Gratitudinem, ut eam erga
ipsum præcipue exerceamus, & simus
erga ipsum ueraces & officiosi.

Ac sicut petitionem in inuocatione
postulat, ut agnoscamus esse Deum, &
esse omnipotentem, præsentem, opitu-
latores, ut in tali agnitione se nobis
communicet: Ita Gratiarum actionem
postulat, ut perseueret hæc uera agni-
tio, ut deinceps etiam sese nobis com-
municet.

Est ergo Gratiarum actio erga De-
um Veritas, quæ profitetur, accepta
esse à Deo beneficia, & uerè esse Deū,
esse omnipotentem, præsentem & opitu-
latores

M 5,

tula

DE INVOCA. PRECA. ET
tulatorem. Et est opus iusticiæ, qua te
obligas ad officia Deo grata.

Cum igitur mendacium & Iniusticia sint horribilia peccata, manifestum est, Ingratitudinem erga Deum esse horrendum scelus. Ut cum Alexander cogitat, casu aut sua uirtute partum esse regnum, nec fatetur à Deo datum esse, mendax est, & quidem contra Deum. Postea fit iniustus, non reddens Deo officium debitum, cum iubet sese coli ut Deum.

Ex hac puerili commonefactione & descriptione Gratiitudinis intelligi potest, maximè necessarium cultum esse Gratiitudinem. Et cum extinguitur agnitio Dei in ingratis, Deus desinit se eis communicare. Sicut plerunq; securi homines post accepta beneficia ludunt talibus cogitationibus: Fortassis casu liberatus es &c. Ita amittunt agnitionem Dei, et præsentia Dei, cū sequenti commemoratione ac professione alere & confirmare agnitionem Dei & Fidem deberent.

Cum

GRATIARVM ACTIONE.

91
Cum igitur gratiarum actio sit necessarius cultus, plerunq; præcepta coniuncta sunt de petitione & Gratiarum actione, quia utraq; necessaria est ad agnitionem Dei. Psalmo. 46. Inuoca me in die tribulationis, eripiam te, & glorificabis me &c.

Prodest autem commonefactionis causa quotidie expressis uerbis & certa forma uerborum recitare gratiarum actionem.

FORMA GRATIARVM
ACTIONIS AD AETER-
num Patrem.

OMNIPOTENS, æterne, uiue
& uere Deus, æterne Pater
Domini nostri IESV CHRISTI,
creator cœli & terræ, & hominum,
& omnium creaturarum, &
conseruator, dator uitæ, legis &
sapientiæ, & opitalator, unâ cum
Filio tuo coæterno, Domino nostro
stro

DE INVOCA. PRECA. ET
STRO IESV CHRISTO,
λογος υγιης εκουσι ος αιδιου. ET SPIRITVS
TV SANCTO tuo, effuso in
Apostolos, casto & ueraci, sapiens,
bone, uerax, iuste, iudex, misericors,
caste, liberrime, tibi gratias ago,
quod reuelasti te nobis, quod misisti
Filium, & uoluisti eum assumere
humanam naturam inenarrabili
sapientia & bonitate, & fieri
uictimam pro nobis, qui colligis
aeternam Ecclesiam, & quod inter
nos colligis, seruas Ministerium
Euangelij, das Spiritum sanctum &
uitam aeternam, & quod das nobis
bona corpori nostro necessaria,
& mitis gas ac tollis poenas,
denicq; pro omnibus beneficij
anima & corporis &c.

AD

GRATIARVM ACTIONE
AD AETERNVM
FILIVM.



GO TIBI GRATIAS omnipotens Fili
Dei, Domine IESV
CHRISTE, uerbum & imago aeterni
patris, crucifixe pro nobis,
& resuscitate, nate ex uirgine,
Emanuel, sedens ad dextram aeterni
patris, colligens & seruans
aeternam Ecclesiam uoce Euangelij,
quod patefecisti nobis aeterni
patris misericordiam, & decretum
de redemptione & semper
collegisti Ecclesiam, & adsumpsisti
humanam naturam, es Mediator,
Redemptor, Iustificator & Saluator,
es summus sacerdos, semper
intercedens pro nobis, dans
uocem Euangelij, & es efficax
per

DE INVOCA. PRECA. ET
per eam, & das remissionem pec-
catorum, & es rex, colligens, ser-
uans & protegens Ecclesiam, & das
Spiritus sanctum ijs, qui ad te con-
uertuntur, & Euangelij uoce se sus-
tentant, & restituens in nobis ius-
ticiam & uitam æternam, das lu-
cem in consilijs, intellectum uerbi
tui, depellis Diabolos, das etiam
bona corpori necessaria &c.

AD SPIRITVM
sanctum.

AGO TIBI GRATIAS
as omnipotens, Verax,
caste SPIRITVS SAN-
CTE, procedens ab æter-
no Patre & Filio, domino nostro
Iesu Christo, effuse in Aposto-
los, quod confirmas corda nos-
tra

DE INVOCA. PRECA. ET
stra, ut firmiter assentiantur uer-
bo Dei, & flectis ea ad inuocatio-
nem Dei, & ad omnes motus legi
diuinæ congruentes, & lætificas
ea, ut acquiescant in Deo, petant &
expectent omnia beneficia Dei.
Das etiam bona corpori necessaria
&c.

QVARE ECCLESIA
SVBIECTA EST CRUCI
De causis calamitatum, &
de locis consolati-
onum.



VM NVLLA VI-
sibilis natura sit præstantior
quàm Humana, sapientes
omnes quærunt, unde sit
illa magna moles errorum, uiciorum,
& calamitatum in tam præstanti natu-
ra. Quoties omnes sapientes errant in
consilijs. Quàm facile ruunt in scelera?
Deinde

QVARE ECCLESIA

Deinde unde sunt Mors, morbi, & horrendæ confusiones in uita, bella & assidua uastationes Gentium: Et quare iusti ab iniustis opprimuntur?

PHILOSOPHIA dicit multa casu accidere. Quædam fatetur habere causas fatales. Deinde Mortis & morborum causas dicit esse Materiam. Causas autem scelerum dicit esse uoluntatem humanam.

Sed si quæras, unde in materia hominum, & in uoluntatibus hominum tanta sit infirmitas, fontem horum malorum non monstrat. Sed principales & ueras causas Deus in Ecclesia patefecit, et doctrinarum collatio ostendit, Ecclesiæ doctrinam perfectiorem esse, quæ & primas causas calamitatum, & firmas consolationes monstrat, ignotas Philosophiæ. Et efficacia in consolationibus ostendit, Ecclesiæ doctrinam à Deo traditam esse, quia liberationes sunt testimonia præsentis Dei.

QVARE

SUBIECTA EST CRUCI

QVARE EST CAUSA uiciorum, erratorum, Mortis, & aliarum miseriarum in toto genere humano?

Prima & uniuersalis causa est Peccatum hærens in natura, iuxta dictum: Per Peccatum Mors. Et accedunt deinde in tali uiciosa natura errores, & in uoluntate scelera sponte electa, quæ attrahunt singulares pœnas.

Altera causa est Diabolus, qui impellit homines odio Dei ad horribilia scelera, & auget calamitates uarijs modis, iuxta dicta: Ponam inimicitias inter semen Mulieris, & Serpentem. Item: Satanus intrauit in eum. Ut, Cain occidit fratrem impulsus à Diabolo.

Sed hinc rursus quæritur: Quare Ecclesia subiecta est ingentibus miseris, cum sit iusta? Et obijciunt hæc argumentum.

N

Iustis

DE CAUSIS CALAMI
IUSTIS debet bene esse, iuxta dictum: Qui fecerit ea uisuet in eis. *Luce 10*

ECCLESIA est iusta,
Ergo Ecclesia debet esse sine calamitatibus.

143
122
Respondeo primum ad Minorem. Ecclesia est iusta, scilicet, imputatione & inchoatione, sed hæret adhuc in ea Peccatum. Vult autem Deus iusticiam suam & iram aduersus peccata præcipuè in Ecclesia agnosci, & uult queri remedium. Ideo magis premitur Ecclesia iuxta dictum: **IUDICIUM A DOMO DEI INCIPIT.** Item: Dedi dilectam animam meam in medium inimicorum meorum.

1 Pet. 4
1ere: 12
Simul autem reuelat Deus in Euangelio futuram liberationem integram. Ideo postea ad Maiorem respondendum est: **IUSTIS DEBET BENESSSE**, scilicet iuxta reuelationem Euangelij, cum erunt prorsus liberati à peccato, non tantum imputatione & inchoatione.

TATVM ECCLESIAE

inchoatione, sed consummatione nouitatis.

Causæ autem præcipuè sunt octo, propter quas Ecclesia durius premittur quàm reliqua pars generis humani, sicut dictum est: **IUDICIUM A DOMO DEI INCIPIT.**

I. Prima causa est Peccatum hærens in natura, quod cum contemnat Mundus, Deus in Ecclesia uult conspici iram suam aduersus interiora & exteriora peccata. Et ut eam agnoscamus, & nos subiiciamus iudicio suo, commonefacit nos uarijs modis, iuxta dictum. Filium quem diligit, corripit. *per uerb. 3*
Item: Innocens non erit innocens coram te. *(Ezechiel 30)*
Et Iob fatetur, se coram Deo iniustum esse, etiamsi afflictionum suarum non sint causæ actualia scelera, sicut amici disputant. *9. 11*

II. Secunda causa est: Quia Diabolus magis odit ECCLESIAM, quàm alios. Genesis 3. Ponam inimicitias inter semen mulieris & serpens

DE CAUSIS CALAMITATUM

pentem. Item in Iob: Diabolus fretit inter Filios Dei, & insidiatur sanctis.

III. Tertia causa est, ut in cruce exerceanur & crescant Pœnitentia, Fides, Inuocatio & tota Nouitas, iuxta dictum: Bonum mihi quod humiliasti me, ut discerem iustificationes tuas. Item: Vexatio dat intellectum. Item: Alienum opus facit, ut faciat proprium. Item: Qui non est exercitatus qualia scit. Item: Παθήματα μαθήματα. Item: Quæ nocent, docent &c.

III. Quarta: Quia plurima sunt in Ecclesia etiam Actualia delicta atrociora, ut Dauidis adulterium, scelera Manassæ, quæ punit Deus propter suam iusticiam, & propter exemplum, & ut multos ad pœnitentiam reuocet.

Propter hanc causam plurimæ calamitates uagantur per uniuersam Ecclesiam. Et paulatim tota hominum natura fit deformior & languidior.

De hac causa dicitur: Iram Domini portabo, quia peccaui ei: Sed cum sedebo

TATVM ECCLESIAE.

sedebo in tenebris, Dominus erit lux mea. Item: Cùm iudicamur à Domino corripimur, ne cum hoc Mundo damnemur.

V. Quinta, ut sanctorum mors sit testimonium de sequuturo iudicio. Quia cùm DEVS antea testatus sit, sibi placere Paulum, non negligeretur in morte, nisi restaret aliud iudicium, in quo ostendet damnari Neronem.

VI. Sexta: ut Sanctorum mors sit testimonium de doctrina, quod uerè sic sentiant, nec sui commodi causa circumferant fictam doctrinam.

VII. Septima: Ut fiamus conformes imaginis Christi.

VIII. Octaua: Ut liberationes in calamitatibus, quæ non sunt extricabiles humano consilio, sint testimonia præsentie Dei in Ecclesia, ut precatur Moyses 14. Numerorum: NE DELEAS NOS, VT SCIANT AEGYPTI QUOD SIS IN HOC POPULO. Et 1. Reg. 17: Ut sciat omnis terra, quod sit Deus in Israel. Et Esaia 37: Libera nos ut sciant omnia regna terræ, quod in Israel sit Deus.

N 3 Hæc

Phil. 119

Esaia 20

Esaia 20

Syrac. 40

Mich. 7

1 Cor. 11

PHILOSOP. LOCI CONSO.

Hæc doctrina de causis, propter quas Ecclesia cruci subiecta est, semper in conspectu sit, ne offensæ ærumnis Ecclesiæ, existimemus, coetum hunc deformem à Deo negligi.

Ex his causis, partim impulsivis, partim finalibus, sumitur & hæc distinctio de generibus calamitatum. Genera sunt quatuor.

- I. τιμωρία, ut exilium Davidis.
- II. δουμοασία, ut carcer Ioseph.
- III. μαρτύρια, Vt interfectio Baptistæ, Esaiæ, Ieremiæ, Pauli & aliorum.
- IIII. λύτρον, solius CHRISTI obedientia est.

LOCI CONSOLATIONUM.



V. TILISSIMUM est scire fontes doctrinæ de causis calamitatum, & de locis consolationum, & conferre humanas & diuinas consolationes.

Philosophici loci præcipui sunt septem.

I. Primus

PHILOSOPH. LOCI CONSO.

I. Primus: NECESSITAS, ut, quæ mutari non possunt, minore dolore feruntur, cum cogitatio in Mente flectit cor ad moderationem, sicut dicitur. Bonus animus in re mala dimidium est mali.

II. Secundus locus est DIGNITAS VIRTUTIS. Non est enim iniuste faciendum propter dolorem, ut Cato discedit à iusticia, cum fractus dolore sibi consciscit mortem. Cicero discedit à modestia, nimium lamentans propter exilium cum tranquillis animis tulerint exilia multi præstantes uiri, Aristides, Camillus, Metellus, & alij. Et huc pertinent dicta: Tamen per ipsas licet erumnas decus: Item Aristoteles inquit: ἐν δυσυχίαις λάμπα τὸ καλόν.

III. Tertius locus est BONA CONSCIENTIA, iuxta dictum: Est aliquid magnis crimen abesse manus. Est enim duplex dolor, externus cruciatus, & uulnus cordis.

IIII. Quartus: EXEMPLA. Quia cum similia alijs multis & meliori

N 4 liori

PHILOSOPH. LOCI CONSO.

Horibus accidere cernimus, uidetur in
æqualitas & superbia esse, nihil uel
le communium ærumnarum ferre,
κοῖνον ὕψιστάτων ἐκάστω παραμύθιον.

V. QUINTVS: SPES LAETI
exitus, iuxta illud: Durate & uosmet
rebus seruate secundis. Sed sapissimè
humano iudicio nullè spes cernuntur,
ut in morte Socratis, & plurimis eth
nicorum calamitatibus.

VI. SEXTVS: CAUSAE
finales, ut, Militi facilior est Mors pro
futura patria.

VII. SEPTIMVS: COLLATIO
euentuum, ut, melius est ægrotare,
quàm accedere ad conuiuium, & in
cidere in tumultum. Aeschines ait, se
lætari, liberatum se ab Attica Repub
lica, tanquam à rabiosa cane, & ait,
se habere officiosum hospitem in exi
lio. Socrates dicit, se eò mortem facie
lius ferre, quia si anima sit immorta
lis, optare se colloquia sapientum ui
rorum, Palamedis, Nestoris, & alio
rum

EVANGELICI LOCI CONSO.

rum à quibus discat deinceps ea quæ
ignoret &c.

Hi loci Philosophici eum ex Legis
doctrina magna ex parte sumpti sint,
etiam sunt Theologici. Sed accedunt
ex Euangelio alij tres, qui continent
multò efficaciorum consolationem,
Sint igitur Loci Theologici decem.

I. Primus. NECESSITAS, id est,
mandatum Dei, quod præcipit ut fle
ctamus animos ad obedientiam in to
lerandis aduersis, nec irascamur Deo,
iuxta dictum: Humiliamini sub po
tenti manu Dei. Item: Subditus esto
Deo, & spera in eum &c.

In omni consolatione autem sic tan
tum minuitur dolor, cum obiectum
bonum intuemur, Vt, cum David
scit Deo obedientiam in exilio place
re, & pœnam non esse signum reiectio
nis, sed commonefactionem de Pœ
nitentia. Hac bona uoluntate Dei con
siderata fert pœnas minore dolore. Sic
Iatro conuersus ad Deum leuius fert
N s pœnam

EVANGELICI LOCI CONSO.

pœnam, scit ordinationi diuinæ obedendum esse, & hanc mortem non esse signum reiectionis.

II. Secundus: DIGNITAS VIRTUTIS, id est, Saul non recte facit quod sibi mortem consciscit propter infœlicem pugnam.

III. Tertius: BONA CONSCIENTIA, ut Laurentio sit leuis cruciatus propter optimam conscientiam.

IIII. Quia uerò sapissimè mala conscientia dolores auget, ostenditur in Euangelio quartus locus, prorsus ignotus Philosophiæ, scilicet: REMISSIO PECCATORVM. Dauid non frangitur ingentibus calamitatibus, etiam si habet tristissima uulnera conscientia, sed iam tenet remedia, scit dictum esse: DOMINVS ABSTVLIT PECCATVM TVVM. Hæc consolatio propria est Ecclesiæ, prolata ex sinu æterni Patris in uoce Euangelij, & nequaquam Philosophiæ nota est.

V. Quintus.

EVANGELICI LOCI CONSO.

V. Quintus locus, qui etiam Euangelicus est, uidelicet AGNITIO PRÆSENTIAE DEI IN AERVMNIS ACCEPTA REMISSIONE, ut dicitur: Deus habitat in afflictis. Levatur ergo dolor, cum scimus nos à Deo iuari, & spem habemus mitigationis in hac uita.

VI. Sextus locus, qui etiam Euangelicus est, uidelicet: SPES ULTIMAE LIBERATIONIS ET ÆTERNÆ SALVTIS, iuxta dictum: Etiam si occidet me sperabo in eum. Item: Scio quod Redemptor meus uiuit, & rursus circumdabor pelle mea &c. 126. 13.

VII. Septimus: EXEMPLA, quæ & propter Legem et propter Euangelium proponenda sunt.

Legale est: Cùm patiantur alij propter peccata, ut Adam, Eua, Dauid, Manassè, & alij plurimi, quorum pœnæ sunt commonefactiones de iusticia Dei: Fateamur nos quoque iusticiae Dei pœnas debere, iuxta dictum: Tibi Domine iusticia, nobis 127. 9
autem

EVANGELICI LO.

3 Reg. 19
autem confusio faciei nostræ, sicut & hodie uiro Iuda & Hierusalem. Et Elias inquit: Non sum melior Patris bus meis.

Evangelicum est, quod oportet nos fieri consimiles filij Dei in cruce & liberatione. Ideo tota Ecclesia cruci subiecta est, & expectat sequituram uis tam & læticiam æternam, sicut Filius liberatus est, iuxta dictum: Venite benedicti Patris mei, possidete regnum uobis paratum &c.

VIII. OCTAVIS: CAUSAE FINALES, uidelicet ipse Deus, & confirmatio fidei in alijs credentibus. Ut, mitigatur dolor Laurentio, cum scit, sua constantia latius spargi noticiam Dei & confirmari fidem in alijs, sicut Paulus inquit, se immolari propter Sacrificium, & ministerium fidei aliorum, id est, qui seruiuerit alijs rectè docendo, & quia mors eius sit futura testimonium de doctrina. Nam morientes in confessione fidei dei ostendunt, se non simulasse professionem Voluptatis aut questus causa.

Ostendunt

CI CONSOLATIONVM.

Ostendunt item, se expectare uenturum iudicium.

IX. Nonus: COLLATIO EVENTUUM præcipuè in Ecclesia considerata est: Quia ibi ostendit Deus & testimonia iusticiæ suæ, quod irascatur peccatis, & exempla Misericordiæ, quod pœnas tamen mitiget, iuxta hæc dicta: Non accendit Deus totam iram suam.

psal. 62.

Item: Oseæ 11. Non faciam furorem, ira meæ, quia Deus ego sum, non Homo, id est, quia naturæ Hominum impossibile est sustinere iram Dei, si sine misericordia punirem. Quanquam igitur punit Deus, mitigat tamen pœnas, ne prorsus deleatur Ecclesia.

Quare semper ad cæteras accedat hæc consolatio: Agnoscamus nos iuste puniri, & meritos esse atrociores pœnas; Leniri tamen iram propter mediatorum, & ne tota Ecclesia funditus deleatur. Obediamus igitur in presentibus pœnis, et petamus & expectemus mitigationem, sicut in Prophetis dicitur:

EVANGELICI LOCI CONSO,

Abac. 3
dicitur: In ira misericordiae recorderis. Item: Bonus est Dominus, & poenitet eum magnitudinis poenarum.

X. DECIMVS: DESIDERI
VM CLARI CONSPECTVS
DEI, ET LIBERATIO
NIS A TOTO PECCATO.

Phil. 1
Hæc consolatio propriè ad Mortem pertinet, de qua dicit Paulus: Cupio dissolui, & esse cum Christo, id est: Sic ut iter faciens nocte in densis tenebris, ignarus viæ & locorum, maximè expetit diem, & lætatur cum iam Aurora lucem spargere incipit: Ita omnes pñ cogitantes in caligine huius uitæ, qualis sit Deus, & qualis sit distinctio Personarum, maximè appetunt clarum conspectum in altera uita. Item: quia sentiunt, se adhuc circumferre immundiciem in hac uita, quæ displicet Deo, lætantur cum sciunt in morte has exuuias immundas deponi.

Hæc decem capita consolationis sint in conspectu, quæ sine ulla dubitatione pñs profunt. Et qui ea diligenter

EVANGELICI LOCI CONSO,
genter considerabunt, intelligent ex ueris causis sumpta esse, uidelicet, ex Lege & Euangelio, et amplissimam de lingulis doctrinam in scriptis Prophetis & Apostolicis propositã esse.

Erit & hæc consideratio grata, uisere quomodo antecellat in hac tanta re doctrina Ecclesiæ remedijs Philosophicis, quæ non tollunt peccatum & mortem.

Certissimum sit autem, efficaciam harum consolationum experiri conuersos ad Deum in uera inuocatione, iuxta dictum: Inuoca me in die tribulationis, & eripiam te, & glorificabis me.

Item: Petite & accipietis.

Item: Facit alienum opus, ut faciat opus proprium. *2. Cor. 10.*

DE CHRISTIANA
Libertate.

Quod

DE CHRISTIA. LIBER.
QVOT SVNT GRA.
DVVS CHRISTIA.
næ libertatis?

DOcendi causa gradus distinguimus, & primum de nomine monemus. Cum Ecclesia in hac uita adhuc circumferat peccata, & sit subiecta morti & cruci, & affligatur à Diabolis, Tyrannis, & fanaticis hominibus, & in Imperijs oppressa sit tristi seruitute, uidetur Ecclesia falsò & stultè hanc gloriosam appellationem libertatis sibi tribuere.

Sed intuenda est primum consummata libertas, cum post resurrectionem Deus erit omnia in omnibus saluatis, id est, cum Ecclesia uiuet uita æterna, & fulgebit in ea Deus ipse, communicans suam lucem, sapientiam, iustitiam, læticiam æternam, sine peccato, sine morte, sine ullis calamitatibus.

Hanc consummatam libertatem intuentes intelligemus utcunq; hoc uocabulo

DE CHRISTIANA LIBER.

cabulo magna & uera bona significari. Sed tamen inchoari hæc æterna bona in hac mortali uita oportet. Et de inchoatione & consummatione dictum est Iohannis 8: Si uos Filius liberauerit, uerè liberi eritis.

Liberat autem Filius Dei dupliciter: Merito & Efficacia. Hinc sunt quatuor gradus libertatis in hac uita.

I. Primus est Gratia, id est, liberatio à Lege, & à condemnatione æterna, quòd uidelicet certò dantur remissio peccatorum, reconciliatio, imputatio iusticiæ propter Mediatorem, gratis, fide, qua fit uiuificatio & liberatio ab æterna Morte, & donatur hæreditas uitæ æternæ.

II. Secundus gradus est cum priore coniunctus, uidelicet: Donum per gratiam, id est, filij efficacia in credentibus per Euangelium, & per Spiritum sanctum, quæ efficacia est Viuificatio, id est, consolatio & inchoatio uitæ æternæ, iuxta hoc dictum: Hæc est uita æterna, ut agnoscant te Deum uerum, & quem

& quem misisti Iesum esse Christum.
Est & inchoatio nouæ obedientiæ,
& Deus præsens per Filium & Spiritum sanctum mirabiliter regit, seruat
& defendit Ecclesiam, & mitigat calamitates. Vt; hoc gradu libertatis liberi
sunt tres uiri in fornace Babylonica,
qui etsi sunt in medijs flammis, tamen
non uruntur. Sic semper Ecclesia mira-
biliter inter medias flammæ seruatur.

Hi duo gradus comprehenduntur
his dictis: Gratia & ueritas per Iesum
Christum facta est, id est, Reconcilia-
tio, & uera ac æterna bona. Item Ro-
manos 15. Gratia Dei, & donum per
Gratiam Iesu Christi in multos exube-
rauit. ①

III. Tertius gradus est, ut docendi
gratia non subtiliter loquamur, est Li-
beratio à ceremonijs & forensibus le-
gibus Mosis. Quod sic intelligatur:
Cum iusticia, de qua propriè concio-
natur Euangelium, sit remissio pecca-
torum & reconciliatio cum Deo, &
consummata nouitas, quam in hac uita
inchoari

inchoari oportet, sit ipsa æterna uita, in
qua Deus erit omnia in omnibus, &
colligatur Ecclesia ex omnibus Genti-
bus, non sunt alligati Christiani ad ul-
lius gentis politiam: Sed possunt uti
imperijs & legibus politicis, non pug-
nantibus cum Naturali ratione, ubi-
cunq; uiuunt, Sicut spacijs dierum dis-
similibus utuntur Christiani Venetijs
& in Saxonia.

Ingens beneficium Dei fuit, quòd
Ecclesiæ certam sedem dedit in politia
Mosi annos mille quingentos octua-
ginta duos. Et ut hac politia distincta
esset à gentibus, certos ritus habuit:
Quia Deus uoluit notum esse locum,
& notam gentem, ubi nasceretur, con-
spiceretur & audiretur Messias.

Interea tamen ualde multi etiam ex
Gentibus uocati fuerunt ad agnitio-
nem Mediatoris, & ad æternam iustitiam,
ut Nabuchodonosor, Cyrus, Cor-
nelius, & alij. Hi intellexerunt, aliud
esse politiam Mosis, aliud reconcilia-
tionem & æternam lucem & iusticiam in
mente & corde.

Hoc discrimen intelligi necesse est, quia semper fuerunt fanatici homines, qui stultè uociferati sunt: Forenses leges Mosis, quæ tamen non sunt iuris Naturalis, sed Positiui, nobis necessarias esse. Et multæ sunt impiæ κακοδηλια Pontificum & Monachorum de ceremonijs. Vt in Mose prohibiti sunt quidam cibi. Postea igitur similes prohibitiones humana temeritate institutæ sunt.

Hic neganda est consequentia: Quia tunc uoluit Deus politiam Mosis distinctam esse à cæteris gentibus, ut esset certus & notus locus, & certa & nota gens, ubi nasceretur Mediator, ubi edgerentur testimonia de promissione &c. Postea politia illa horribili exemplo propter multas causas deleta est. Et quanquam sæpe tentata est restitutio, tamen Deus seditiones Iudæorum, & nouas edificationes oppressit. Vt, Bethoron triennio obsessa tandem ab Adriano expugnata & deleta est, & interfectus est Ben Cosban Kochab. Tempore Iuliani terræ motu disiecta sunt

sunt fundamenta noui templi, quod tunc cœperant ædificare, & simul multa milia Iudæorum ruinis oppressa sunt. Hæc alibi copiosius declarantur.

III. Gradus Libertatis est libertas ratio à traditionibus humanis in Ecclesia, uidelicet primum, quod nulli creaturæ liceat instituere cultus Dei, aut aliquam legem contrariam legi diuinæ condere.

Secundò etiam in hac uita, cum uelit Deus honestos congressus publicos esse, opus est ordine temporum & lectionum, & Ecclesiæ concessum est, tempora & lectiones distinguere: Tamen hoc fiat sine opinione cultus, & sine opinione Necessitatis. Et sciant homines, extra casum scandalii tales ritus sine peccato omitti.

Hæc regula breuissimè tollit multas falsas opiniones de humanis traditionibus, quæ & obscurant Euangelium de gratia, & de ueris cultibus, & sunt periculose carnificinæ conscientiarum, ut alibi copiosius dicitur.

O, 3

Testimos

Testimonia autem regulæ sint in conspectu. Hæc prohibent opinionem cultus: Matth. 15: Frustra me colunt mandatis Hominum. Et Ezechiel 20: In præceptis meis ambulate, non in præceptis patrum uestrorum &c.

His dictis expressè prohibetur opinio necessitatis: Colossenses 2: Nemo uos iudicet in cibo, potu, uicibus dierum festorum &c. Et Galat. 5. In libertate, in qua Christus uos uocauit, stete, & non iterum iugo seruitutis subiiciamini. Nec condendæ nec intelligendæ sunt traditiones contra hanc doctrinam in Euangelio traditam.

C O N T R A.

Non minus debetur obedientia Ecclesiæ, quam potestati politicæ,

Violatio politicarum legum est peccatum. Romanos 13: Necessè est obedire, non solum propter iram, sed

sed etiam propter conscientiam,

Ergo & uiolatio Traditionum humanarum in Ecclesia, est peccatum.

Respondeo primum ad Maiorem: Ministerio Euangelico debetur obedientia, quatenus est ministerium Euangelij, non in alijs doctrinis aut legibus extra Euangelium. Quia ministerium Euangelicum non habet potestatem condendi alias leges. Nec habet prohibitionem. Sed potestas politica habet duo mandata. Primum proponendi legem diuinam Moralem, & exequendi pœnas. Alterum, addendi ius Positiuum, id est, determinationes circumstantiarum; Sed non pugnantes cum legibus diuinis, quæ ad nos pertinent.

Respondendum est etiam ad Minorem. Dissimile est: Violatio legum politicarum est peccatum, quia hoc ita diuinitus sancitum est. Vult enim Deus

DE CHRISTIANA LIBER.

corporalem uitam regi legibus Magistratum, & habere eos potestatem condendi aliquas leges.

Contrà uerò expressè sancitum est in Euangelio, ne existimetur esse peccatum, uiolatio rituum, qui sunt ordinati ab Episcopis seu Pastoribus. Quia uult Deus Ecclesiam tantum suo uerbo regi, quo redduntur iusticia & uita æterna. Non uult addi humanas traditiones. Ac semper in mundo creuerunt idola, cùm hac persuasione hominum animi fascinati fuerunt, humanos ritus esse cultus, & esse res necessarias.

DE MAGISTRATV politico.

Quid est Magistratus Politicus?



MAGISTRATVS Politicus est persona à Deo ordinata, ad conseruationem Legis in externa disciplina, & quidem utriusq; tabulæ Decalogi,

DE MAGISTRATV POL.

calogi, & ad pacis defensionem. Et habet potestatem puniendi uì corporali.

Quæ sunt præcipua officia Magistratus politici?

Respondeo: Quatuor sunt.

I. Primum: Sonare uocem Decalogi in genere Humano. Intelligo autem appellatione Decalogi uniuersam legem Naturæ. Ac uult Deus primas normas esse omnium legum & uniuersæ gubernationis, has leges, quarum summam in Decalogo complexus est, quem rectè uult intelligi. De hac norma inquit Sapientia diuina. Prouer. 8. Per me Reges regnant, & Princes iusta decernunt.

II. Secundum est: Magistratus sit exequutor legum Decalogi, in puniendâ earum uiolatione, uì corporali: Quia Deus uoluit in pœnis ostendere iudicium suum. Et cùm uelit regi hominum uitam per Magistratum, armat eos hac potestate, imò dat mandatum,
O s ut pu

DE MAGISTRATV POL.

ut puniant uiolantes Decalogum, iuxta dictum: Non parces ei, nec miseraberis &c. Et sæpe repetitum est dictum Aeschinís: οὐδ' ἐν ἐσῆρ ὄφελος πόλειως, ἢ τις μὴν εὐρα ἐπὶ τοὺς ἀδικούντας ἔχθ.

III. Tertium est addere aliquas leges Decalogo, id est, legibus Naturæ de ciuilibus negocijs. Sed hæ additiones non pugnent cum legibus Naturæ: uerùm sint determinationes certarum circumstantiarum, additæ communibus noticijs Naturalibus.

Vt: Noticia naturalis est: Fur est puniendus: Sed modum pœnæ determinat Lex addita à Magistratu: Talem habent potestatem condendi nouas leges Politici Magistratus, ac tantum de ciuilibus negocijs.

Non condant dogmata in Ecclesia, nec instituunt cultus, ut fecit Nabuchodonosor. Et recens in scripto, cui titulus est Interim, potestas politica extra metas egressa est. Sicut Imperatori Constantio dixit Episcopus Leontius: ἕτερα δὲ πρὸ ταχθῆς, ἑτέροις ἐπιχρησῆς.

Non

DE MAGISTRATV POL.

Non sunt confundendæ functiones, ut Paulus dicit: Propria facite, Et Petrus dicit: Non sitis ἀλλοτρίοις πύργοις, Pet. 4. Et Aristoteles dixit: Beatam fore uitam hominum, si artifices de artibus iudicarent.

III. Quartum officium est: Magistratus sit executor etiam suarum legum in pœnis, uel corporali. Et habent pœnæ suos gradus.

Estne concessum homini CHRISTIANO Magistratus gerere, iudicia exercere, accusare & respondere in foro, militare, legitimas pœnas exequi? &c.

Respondeo. Concessum est, sicut manifesta exempla ostendunt: Cornelius & alter Centurio, de quo dicit Dominus, Math. 5. minus: Non inueni tantam Fidem in Israel. Sergius Proconsul, &c. Et omnibus temporibus à principio generis humani fuerunt, sunt & erunt aliqui Magistra

DE MAGISTRATV POL.

Magistratus à Deo ad æternam salutem electi, & ad societatem ueræ Ecclesiæ uocati.

Genes. 20 Abraham magno prælio uicit Chaldeos. Abimelech Rex fuit auditor Abrahæ. Deinde Ioseph & Daniel gubernauerunt maxima regna inter Ethnicos. Et cum inquit Baptista: Contenti estote Stipendijs uestris, approbat Militiam. Et Rex Iosaphat inquit: Iudicium Domini exercetis &c. Et Psalmus 148: Reges terræ, & omnes populi, Principes, & omnes Iudices terræ laudant nomen Domini.

CONTRA.

Iniuriæ non placent Deo,
In imperijs multæ sunt iniuriæ,

Ergo imperia non placent Deo.

Respondeo. Nego consequentiam, & ratio est, quia plus est in Conclusionene, quàm in præmissis. Quia debet
bat

DE MAGISTRATV POL.

bat sic inferri: Ergo iniuriæ, quæ accedunt ad imperia, non placent Deo.

Postea de minore respondendum est: In imperijs multæ sunt iniuriæ, Hic necesse est discerni Imperia, id est, totum ordinem politicum, à uicijs & confusionibus quas addunt Diaboli et homines: ut, Societas generis humani, coniugium, generatio, educatio sobolis, contractus, artificia, iudicia, imperia, defensio, militia, poenæ homicidarum, blasphemorum, incestorum, & aliorum sceleratorum. Hæc omnia nominantur ordo politicus, & sunt res sapientia & iusticia Dei in genere humano ordinatæ.

Et quanquam Diaboli & impij homines, organa Diabolorum, horribiliter turbant hunc pulcherrimum ordinem: Tamen quantum ordinis manet, seruetur potenter à Deo. Et hæc ipsa conseruatio est testimonium de DEO & prouidentia, & de præsentia Dei in genere humano. Quia manifestè uideamus, retrahi homicidas ad supplicia, iurari

DE MAGISTRATV POL.

uari Cyrum, Alexandrum, Augustum, & similes. Item: Vniuersaliter præsidia humana infirmiora esse, quam ut possint custodire politias, nisi Deus custodiret, quas uult incolumes esse. Ideo Psalmus inquit: Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra uigilat qui custodit eam.

Longè igitur discernatur Ordo politicus à uicijs, quæ Diaboli, & organa diabolorum addunt, ut: discerni oportet custodiam gregis à Lupis, latronibus, & seruis, qui ipsi furantur oues. DEVS ut fidelis Pastor seruat politias, & dat aliquos fideles custodes. Sed Diaboli, latrones & Tyranni sunt uelut lupi. Rapaces Domini sunt uelut fures. Hi turbant politias, tanquam gregem: Et tamen interea Deus seruat magnam partem, & depellit lupos, Tyrannos, latrones, homines seditiosos & rapaces. Hæc imago utcunque monstrat discrimen ordinis Politici & confusionum, quæ aliunde admiscetur.

Quod

DE MAGISTRATV POL.

Quod est discrimen Boni Principis & Tyranni?

Bonus Princeps est, qui habet *ωσοεισσιπ* rectè faciendî, & plerunq; & in præcipuis partibus officij sui rectè facit, etiam si aliquando labitur.

Hac forma definiendi in hac uita utendum est de omnibus Gubernatoribus & ministris, in quocunq; genere officij. Et sumitur prima pars definitionis ex dicto Pauli: Hoc requiritur, *Fideles* ut simus. Secunda pars ex dicto Salomonis: Non est iustus in terra, qui bene faciens etiam non peccet. Ac placet Deo gerens magistratum, seu Dux seu Iudex, seu Miles, habens Fidem & bonam conscientiam, iuxta Pauli regulam: Qui & in officio bonam conscientiam retinet, uidelicet *ωσοεισσιπ* rectè faciendî. Nec ruit contra conscientiam, contra leges officij: Nec indulget sibi affectata ignorantia, & affectata omissione.

Contrà

DE MAGISTRATV POL

Contrà uerò Tyrannus est, & Deo displicet, qui non habet ^{de habit} ~~proaigep~~ re-
cte faciendi, & plærunq; sceleratè facit, etiamli interdum iusta facit, ac negligit præcipuas officij partes, seu sciens seu affectata ignorantia, seu affectata omissione, ut Saul, Cambyfes, Sardanapalus &c.

327. 21. An iure potuit Naboth recusare, se Regi ^{Rehab} petenti uenditurum esse uineam, id est: An distinctio dominiorum sit iuris diuini inter facultates Regum & Subditorum?

46. 3. Respondeo: Præceptum non furtum facies, obligat omnes homines, & distinguit et munit omnium hominum dominia, Regum & Subditorum. Iohannes dicit Regibus & Principibus: Contenti estote Stipendijs uestris: Neminem concutiatis, neq; calumniæ mini. Item: Non plus exigite, quam constitutum est. Propria sunt igitur Regum et Principum Stipendia, id est tributa

DE CONIVGIO.

tributa et uestigalia legitima. Et ab his distinguantur facultates Subditorum, nec conturbentur dominia, nec præter legitima stipendia, & sine iusta causa sumant Reges ex facultatibus subditorum, quantum ipsis libet, Briarei manibus, ut Nazianzenus loquitur.

DE CONIVGIO



ONSILIA DEI

omnia in creatione enarrari non possunt, sed tamen aliquorum operum causam conspicit Deus uoluit, uidelicet præcipuorum. Certissimum est, Angelos et homines conditos esse, ut essent aliqua naturæ, quibus suam sapientiam, iusticiam & cæteras uirtutes, & læticiam æternam communicaret, quia bonum est communitiuum sui, ac ut uicissim cognosceretur ipse. Transfidit igitur in mentem humanam sapientiam congruentem cum sua mente, ut in nobis testimonium extet, quòd sit Deus, qualis sit, & q̃d

fit Deus, qualis fit, & quòd fit Iudex. In hoc opere non est obscurum confisium Dei.

Nec uerò quærendæ sunt omnium causæ, & reuerenter Deo obtemperandum est. Angelorum agmina simul condidit, nec est in ea natura propagatio. Homines aliter condidit, uoluit esse propagationem à paucis. Et tamen duos condidit initio, quia semper uult Ecclesiam societatem esse. Et uoluit in his lucere intellectum uirtutum, iusticiæ, ueritatis & castitatis, beneficentiæ, & aliarum, quia in his noticijs uult discerni naturam diuinam à naturis iniustis & immundis. Non enim amplectimur Deum brachijs corporis, sed mente & fide intuentus est in Inuocatione, & harum uirtutum attributione discernendus ab alijs rebus, & intuenda sunt testimonia patefactionis &c.

Facit autem illustre discrimen Castitas, quia diaboli & homines sunt immundi. Ac ut discernas Deum à Diaboli, semper in inuocatione cogites, te alloqui castum Deum. Sanxit

Sanxit igitur ordinem, et uagas libidines prohibuit, & seuerissimè puniit & uult homines nosse, & reuerenter tueri certas leges coniugij ab ipso traditas, quarum primæ statim in Paradiso æditæ sunt.

Prior, ut sit coniugium copulatio unius maris & unius foeminae indissolubilis: Erunt duo in carnem unam, id est, unus mas, & una foemina inseparabiliter iuncti. In hac uoce manifestum est omnes uagas libidines prohibitas esse. Altera de incestis: Relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ. Postea de incestis & aliæ leges uoce diuina additæ sunt.

Est ergo coniugium legitima & indissolubilis copulatio unius maris & unius foeminae, instituta diuinitus, ut agnoscamus, Deum esse mentem castam, & ei in castitate seruiamus, & hoc modo propagato genere humano colligatur æterna Ecclesia Deo. Et quidem Ecclesiae initium fuit illa prima societas duorum coniugum.

Partes definitionis.

Primum in definitione posita est particula legitima copulatio, quæ restrictiones quatuor complectitur, de quibus loquuntur leges diuinæ, ac deinde humana, quarum uera est & digna reuerentia autoritas, scilicet de personis, de consensu, de conditionibus, & de errore.

PRIMA RESTRI-

ctio de personis.

Sit notissimum caput 18. Leuitici, in quo recitantur persona, quas non licet coniungi. Voluit enim Deus sua Sapientia Castitatem intelligi, & ut intelligeretur, nequaquam uoluit uagari libidines, sed personarum numerum & gradus sanxit, & in hac uita manifestis poenis uniuersaliter punit incestas libidines. Ac sciendum est, leges in Leuitico, quæ prohibent commixtionem personarum, quæ ibi recitantur, esse leges naturæ, & obligare omnes gentes, sicut expresse dicit textus, Aegyptios

gyptios & Canaanos puniri propter incestas libidines. Ergo etiam alijs gentibus extra politiam Moisi prohibita sunt incestæ libidines.

Ac discant iuniores numerare gradus consanguinitatis & affinitatis.

Consanguinei siue cognati sunt, ut Iurisconsultus inquit, ab eodem orti et propagati. Estq; consanguinitas uinculum personarum, quæ propterea, quod ab eodem stirpe orta sunt, sanguinis & naturæ societate propius iunctæ sunt. Discernuntur autem lineis & gradibus.

I. ASCENDENTIVM.

Linea triplex
est, I. DESCENDENTIVM,
II. COLLATERALIVM.

Gradus est intervallum, quo cognoscitur, quæ persona stirpi propior sit. Usitata autem consuetudo numerandi gradus hoc tempore, & expeditior hæc est: Inchoanda est series ab uno stirpe, ut Abraham: Supra ponantur

DE CONIVGIO.

nantur maiores eius, infra ponantur filij & nepotes.

THARE.

Aram Abraham Nachor
Isaac
Jacob
Ioseph.

Addantur in lateribus fratres & sorores. Traduntur autem regulæ tres ad gradus discernendos.

Prima regula traditur de recta linea, uidelicet ascendentium & descendentium.

QUOT sunt personæ, tot sunt gradus, una dempta, uidelicet dempto stipite, à quo inchoanda est supputatio. Vt Ioseph distat tertio gradu ab Abraham, Iacob secundo, Isaac primo. Itaq; filius primum gradum constituit, nepos secundum, pronepos tertium, abnepos quartum.

DE CONIVGIO.

Ac de recta linea traditur uetus sententia, Nullos ascendentes & descendentes inter se posse connubium contrahere. Quare si Adam hodie superstes esset, non posset ducere uxorem.

Secunda regula de collateralibus.

In linea æquali quoto gradu distat altera persona à communi stipite, toto gradu inter se distant. Ergo duo fratres, seu frater & soror unum gradum tantum constituunt, uidelicet primum. Vt Iacob primo gradu iunctus est Esau.

AEACVS.

Peleus Telamon Phocus
Achilles Aïax Epeus
Pyrrhus Eurifaces.

Iam si uis scire, quoto gradu inter se iuncti sint Achilles & Aïax, uide unam seriem, & obserua, quoto gradu distet Achilles à stipite. Distat autem secundo gradu. Quare & inter se distant Aïax & Achilles secundo gradu.

DE CONIVGIO.

de iure civili
gradu. Ad hunc modum facilis est sequentium personarum supputatio.

ALIUD EXEMPLVM.

PELOPS.

Pytheus Lyfidice
Aethra Alcmena
Theseus Hercules.

Fuerunt igitur cognati materna origine Theseus & Hercules consobrini iuncti tertio gradu.

ALIUD.

ERNESTVS AVSTRIACVS

Fridericus 3. Imp.	Soror. <i>uxor</i> <i>Frider. 2. & Lec.</i>
Maximilianus.	Ernestus Saxo, Elector.
Philippus.	Iohannes Elector.
Carolus V. Imperator.	Iohannes Fridericus primus.

Nunc inter collaterales prohibita sunt connubia intra quartum gradum. Olim fratrum Filij & Filiabus licuit inter se contrahere connubia, etiam Roma

DE CONIVGIO.

Romanis Legibus. Ut, Orestes duxit consobrīnam Hermionem.

A TREVIS.

Agamemnon Menelaus.
Orestes Hermione.

Simile exemplum est in

Genesi. 29.

BATHVEL.

Rebecca Laban.
Jacob Rachel & Lia.
Jacob iunctus est consobrīnae suae Rachel secundo gradu.

ALIUD.

IEPHVNE. *Num: 13.*

Caleb Cenas
Axa Othoniel. *105. 15. 1. 1.*

Tertia Regula.

In linea inaequali, quoto gradu remotior distat à stipite, toto inter se distant.

P. 5 Thare.

DE CONIUGIO.

THARE.

Abraham Aram
 Sara

Sara distat secundo gradu à stipite,
Ergo & Abraham iuncta est secundo
gradu. Hoc gradu in linea inæquali
prohibita sunt coniugia iure diuino,
quia uniuersaliter maiorem reuerenti-
am Deus tribui uult superiori gradui,
quam æquali.

PARTHAON.

Oeneus Agrius
Tydeus Therites
Diomedes.

Diomedes iunctus fuit Theritæ
tertio gradu, in linea inæquali.

THARE.

Abraham Nachor
Isaac Bathuel
 Rebecca.

Rebecca distat tertio gradu à stipi-
te. Ideo & ab Isaac distat tertio gradu.

De

DE CONIUGIO.

DE AFFINITATE.

AFFINITAS EST PRO-
pinquitas personarū, quæ non sunt
iunctæ copula carnali. Vt Dauid ali-
enus est à Ionatha, sed quia duxit ux-
orem sororem Ionathæ, iam fit affinis
Ionathæ.

REGVLA.

Quoto gradu quispiam est mihi
consanguineus, toto Gradu uxor eius
est mihi affinis, ut, frater & frater sunt
iuncti primo gradu consanguinitatis.
Ergo Fratris mei uxor est mihi iuncta
primo gradu affinitatis.

PRIAMVS.

Helenus Hector.
 Andromache uxor.

Ergo Andromache fuit iuncta He-
leno primo gradu affinitatis.

HERODES.

Herodes Philippus.
 Herodias uxor.

Ergo Herodias fuit iuncta Herodi
primo gradu affinitatis.

Iacob

DE CONIVGIO.

Iacob Nouerca Bala
Ruben.

Ergo Ruben attigit nouercam primo gradu affinitatis. Sed eo fuit abominabilius scelus Ruben, quam Heleni, quia Ruben uiolauit Patris thorum, cui maior reuerentia debebatur, quam fratris thoro, iuxta dictum: Relinquet homo patrem & matrem, & adhaerebit uxori suae. Et cum Ruben maledictus sit, manifestum est, prohibitionem primorum graduum esse iuris naturae.

PELOPS.

Atreus Thyestes.

Clytemnestra. Agamemnon. Aegystus.

Ergo Aegystus secundo gradu affinitatis attigit Clytemnestram.

CASIMIRVS REX POLONIAE.

Sigismundus Rex
Poloniae.

Hedbigis posterior
coniunx Marchionis.

Barbara coniunx
Ducis Georgij Saxon.
Filia, prior coniunx
Marchionis.

Ergo

DE CONIVGIO.

Ergo Sigismundi Filia fuit consanguinea Filiae ducis Georgij gradu secundo. Fuit igitur Marchioni affinis secundo gradu.

Non late uagatur affinitas, nam consanguinei mei non sunt affines consanguineis uxoris meae. Ego a consanguinea uxoris meae abstinere debeo, & mei consanguinei debent abstinere a mea uxore, non a consanguineis meae uxoris. Quare duo fratres cum duabus sororibus contrahere possunt. Non enim impediuntur affinitate. Pater & Filius cum matre & Filia contrahere possunt. Habent autem aliquae personae nomina.

Socer. Socrus

ἄνδρος, mariti pater.

ἑνός, mariti mater.

πατρὸς, Pater uxoris.

μητρός, mater uxoris.

Gener.

Nurus.

Vitricus.

Nouerca.

Prius

DE CONIVGIO.

Priuignus.

12^{to} uxoris Mariti frater, Leuir, *δαίφ.*

12^{to} uxoris Mariti soror, *Glos, γαλώφ.* & fratris uxor. *γλώφ.*

Duorum fratrum uxores *ἐνωτάφες.*

intra aliquos Hæ appellationes extant Iliados 6.

ἐν τῷ 1^o βιβλίῳ tibi Helena Hectorem appellebat *δαίφ.*

ἐν τῷ 2^o βιβλίῳ Postea uerò Hector interrogat, an ab

ad Casandriam ierit aliquò Andromache ad sorores

uiri, aut ad fratrum coniuges: *ὄχι γὰρ ἔστι*

γαλώφ, ἢ ἐνωτάφες ἐν τῷ 1^o βιβλίῳ.

OCTAVIVS.

Augustus Octauia soror

Marcella.

Agrippa Iulia

Ergo Augustus fuit affinis Agrippæ in primo gradu, sed non fuit affinis fratri Agrippæ.

Duplex prohibitio.

SAEpe repetita est hæc sententia, & sæpe cogitanda, noticias uirtutum à Deo traditas esse creaturis rationalibus, ut testentur quòd sit Deus, & doceat

DE CONIVGIO.

& doceant qualis sit, & quòd sit iudex, & iudex. Ac præcipuè Castitas facit illustre discrimen inter Deum & Diabolum. Sanxit igitur Deus ordinem Coniugij, ut Castitas intelligatur, & seuerissimè punit incestas commixtiones, ut Sodomorum, Cananæorum, Oedipi, Agamemnonis, Aegypti, Parridis, regnum Aegyptiorum, Davidis & filiorum Davidis pœnæ ostendunt. Er uniuersaliter multæ calamitates publicæ sunt libidinum pœnæ, sicut scriptum est: Scortatores & adulteros iurabit Deus. Tuncamur igitur Castitatem maiore cura, ac de gradibus personarum prohibitis sciamus duplicem esse prohibitionem: Altera est iuris diuini, altera iuris humani.

Prohibitio diuina extat Leui. 18. et 20. quæ in recta linea intelligatur prohibere commixtionem inter omnes sursum & deorsum. In collateralibus prohibet primum & secundum gradum in linea inæquali, hoc est, ne frater ducat sororem, nec nepos ducat amicum.

10^o fr. tam

DE CONIVGIO.

tam aut materteram, nec neptis nubat
patruo aut auunculo. Ac intelligatur
textus de gradibus, non tantum de
personis, ut Iudæi nugantur.

Cæterum lex diuina non prohibet
connubia in secundo gradu in linea æ
quali, hoc est, duorum fratrum liberis
concedit coniugium, ut Orestes potius
æ ducere Hermionem.

Atræus
Agamemnon Menelaus.
Orestes Hermione.

MATHAN.

Jacob Eli,
María Ioseph.

Eti autem politia Moisi non perti
net ad nos, tamen regula uniuersaliter
tenenda est: Mandata naturalia ad om
nes homines, & ad omnia tempora
pertinere, quia sunt normæ iusticiæ
in mente & uoluntate diuina immuta
biles. Quare & statim in Paradiso in
primo gradu ascendentium & descen
dentium prohibitio edita est: Relin
quet

DE CONIVGIO.

quet homo patrem & matrem, & ad
hærebit uxori suæ. Et postea Patrum
uoce declarata est hæc uoluntas DEI,
ut, Iacob maledicit Filio, qui attigerat
nouercam. Et textus in Leuitico affir
mat, puniri Chananæos propter ince
stas libidines. *Item Esq̃phes.*

Cum autem Deus puniat gentes,
quæ sunt extra politiam Moisi, & quæ
fuerunt ante Moisen, perspicuum est,
has prohibitiones esse æterna et immu
tabilia mandata, & pertinere ad om
nes homines. Ideo et Paulus punit Co
rinthium, qui attigerat nouercam.

Huc addantur exempla pœnarum,
quæ plurimæ leguntur in orni
um temporum historijs. Sciendum est igit
tur, non ualere dispensationes, quæ
concedunt commixtionem in gradibus
prohibitis in eo textu Leuitici.

Additæ sunt autem diuinis prohi
bitionibus & humanæ quædam in pro
ximis gradibus, Vt in secundo gra
du in linea æquali, & tertio gradu,
ut maiore reuerentia diuinæ prohibi
tiones

Q tiones

DE CONIVGIO.

tionem obseruentur. Hoc consilium honestum & probandum est. Sed sciant omnes gubernatores discrimen prohibitionum diuinarum & humanarum. Diuina nequaquam solui humana auctoritate possunt. Sed interdum probabilis ratio incidere potest, quare humanae prohibitiones laxentur, quod tamen circumspecte fiat per Pastores & Magistratus, non priuata temeritate.

Ceterum prohibitiones de cogitatione spirituali prorsus eiciendae sunt, qualis est, ne quis ducat eam, cuius baptismo affuit. Pertinet etiam ad officium Magistratum, quolibet loco re sapienter deliberata constituere, quas prohibitiones humanas retinere uelint.

DE EXEMPLIS
Patrum.

VIDIMVS etiam multos, qui usitatas Leges connubiorum ideò negligebant, quia leguntur dissimilia ueterum exempla de polygamia. & de coniugijs Iacob, qui duas sorores duxit. Non est autem exemplis sed legibus

DE CONIVGIO.

gibus iudicandum. Et in hac tanta re considerentur praecipua diuina. Certissimum est, legem coniugij primam in Paradiso ita sancitam esse, ut tantum unius maris, & unius foeminae coniunctio esset: Erunt duo in carnem unam, id est, inseparabiliter iuncti.

Et si autem postea Lamech discessit ab hoc ordine, & post diluuium Deus etiam in suo populo tolerauit exempla dissimilia primae institutioni: Tamen Filius Dei nos ad primam institutionem retrahit, inquit Matth. 19. Ab initio non erat sic. Et repetit dictum: Erunt duo in carnem unam. Et Paulus inquit: Vir non habet potestatem corporis sui, sed uxor.

Præterea de gradibus cum extentiam in Leuitico prohibitiones, obtinere perare his necesse est. Nec quaerendum est, quomodo excusandi sint patres, Quia sancti non sunt sine uicijs & omnes omnibus temporibus contagia quaedam habemus ab erroribus & uicijs nostri temporis. Quia uero Patres uera inuocatione Deum colebant

Gen. 4

DE CONIVGIO.

bant in agnitione Redemptoris, & erant fideles custodes doctrinae, & excellabant omnibus uirtutibus, & bonam conscientiam alioqui retinebant, tales nati tegebantur, qui iam erant eius temporis mores politici.

DE CONSENSU.

DICTVM est in definitione, Coniugium esse legitimam copulationem. Hac restrictio docet, personarum discrimina esse. Item ordinat consensum.

Primum igitur sit consensus expressus sponsi & sponsae, ut regula saepe repetita in iure docet, coniugia mutuo consensu iungi. Et ab hoc consensu absint error & uolentia. Ac postea de errore dicam. De uolentia uero sciendum est, non esse consensum, nec coniugia, cum persona ui cogitur, ut promittat coniugium. Et hac in re accidunt multa tristitia errata.

DE CONSENSU
Parentum.

Vetusta

*l. nuptias
ff. de reg. in
uis. et c. inf.
faciat 27
yus 2.*

DE CONIVGIO.

VETVSTA iura ita postulant consensum Parentum in sponsalibus, ut cum non accedit consensus parentum, concedant etiam ante commixtionem rescindi desponsationes. Et Ambrosius in historia Rebeckae postulat consensum parentum, idque dicit adeo honestum & naturae consentaneum esse, ut Poetae quoque idem docuerint, et recitat uersus Euripidis, apud quem in Andromacha, cum Orestes peteret connubium Hermiones, haec respondet, eam rem pertinere ad arbitrium patris. Versus hi sunt:

*Νυμφευμάτων ὡς τῶν ἐμῶν πατρὸς ἐμός
Μερίμναρ ἔξει, κὼν ἐμὸν κείνην τὰδε.*

Nec longiorem disputatio em ad do, cum constat in Ecclesijs harum regionum hoc seruari, ut consensus parentum requiratur, & desponsationes iudicentur irritae refragantibus parentibus.

Sed ad officium iudicum pertinet considerare, ubi parentes probabilem causam habeant refragandi, ubi non sit probabilis causa.

Q3 Scien,

*lib. 1 de Abn
hans
cap 9*

DE CONIUGIO.

Sciendum & hoc est, post concubitum non posse rescindi coniugia auctoritate parentum, quia non est iam quaestio de futuro coniugio, & uiolata est auctoritas parentum, & fieret iniuria desertæ mulieri.

DE CONDITI onibus.

CONditionum aliæ sunt honestæ, & pertinentes ad coniugium. Aliæ peregrinæ, nihil pertinentes ad coniugium. Aliæ turpes. Aliæ impossibiles.

PRIMA REGVLA est perpetua.

Conditio honesta, & pertinens ad coniugium, adiecta in principio contractus, si non fuerit impleta, dissoluit contractum. Quales sunt hæc conditiones: Si parentes consenserint. Si dos, mihi dabitur pro nostris facultatibus conueniens.

Sed cum sequitur concubitus, non expectata conditionis impletione, ea coniun-

DE CONIUGIO.

coniunctio iudicatur esse coniugium, quia personæ conuenientes discedunt à conditione.

ALIA REGVLA.

Si uerò est conditio Peregrina, non pertinens ad coniugium, ut: Ducam te, si dederis mihi centum aureos, ubi non intelligitur dotis mentio, talis conditio intelligitur esse ociosa, & proditio: Ducam te, si Cæsar inferet bellum Turcis. Pronunciatur etiam pro coniugio, cum adduntur conditiones turpes, aut impossibiles, ut: Si inuenero te uirginem. Item: Si dabis mihi Byzantium. Hæc conditiones tanquam non additæ reijciuntur, fortassis quia gubernatores sophisticam & petulantiam in decipiendo misero & imbecilli sexu prohibere uoluerunt.

DE ERRORE REGVLA TRADITUR.

DISOLVI posse sponsalia & coniugium, propter errorem personarum

DE CONIVGIO.

Gen. 29
 personæ, non propter errorem fortunæ, id est, cum dolus interuenit seu error de homine, sicut Iacob tradita est Lia pro Rachel. Sed Iacob non est usus summo iure.

At propter errorem fortunæ non dissoluuntur sponsalia aut coniugium, ut si qua putat, sponsum esse diuitem aut nobilem, aut non habere liberos. Talis error nihil ad substantialia Coniugij pertinet.

In s. Canonico
 c. unico 29
 q. 1. et c. pro
 possunt, de con.
 iugio seruo.

Vetustas de uno quodam errore fortunæ etiam pronunciauit, posse dissolui contractum, uidelicet, si quis liber ignorans ducat seruam, putans esse liberam. Hæc constitutio prorsus politica est, & nunc, quia uetus consuetudo de seruis in Europa magna ex parte abolita est, non indiget longa disputatione. Olim uerò causa fuit eius constitutionis quia nati ex ancillis excludebantur à successione, quæ propria erat ingenuorum. Sed cum liber sciens ducat ancillam, Ecclesia non dissoluit, sicut inter Abraham et Agar uerè coniugium fuit. Gen. 16.

Alius

d. c. pro
 possunt

DE CONIVGIO.

Alius error est, de quo difficilior quæstio est: Si quis ignorans ducit ab alio compressam, aut grauidam ex alio, an liceat dissolui sponsalia & coniugium, ut sæpe petitur. Sæpe affertur hæc quæstio in iudicia, sed usitato iure pronunciatur, ut sponsus seu maritus retineat ante compressam à se uel ab alio, siue sciens, siue inscius talem duxerit. Et fortassis in recentibus constitutionibus hoc sancitum est, ne facile dissoluantur coniugia, & ne armetur leuitas eorum, qui libenter uxores qualicumq; prætextu abijciunt, quoquo modo uoluntate mutata.

Compressam
 si quis ignorans
 ducit ab alio

Nota sit igitur præsens consuetudo, de qua extant dicta expressa in iure Canonico. Sed in Deuteronomio, Capite 22. alia sententia est, quæ iubet lapidibus obrui compressam ab alio, quæ postea tanquam uirgo nupsit alteri, si fuerit accusata, & uir petit diuortium.

Deuteronomio 22
 q. 1.

Hæc fuit uetus seueritas in lege diuina, quam aliquantisper & aliæ gentes sapientiores imitatae sunt. Creusa

Q 5 apud

DE CONIVGIO.

apud Euripid. grauida nubit Xutho duci, & natus est ex ea Ion, quem mater infantem exposuit. Postea re prolata mater supplicium metuit, sed seruatur a Pallade. Et apud Terentium in Hecyra, Pamphilus non uult recipere coniugem, quam putat ex alio grauidam fuisse. Erant igitur in eo casu usitata diuortia. Sed addam ordine de quibusdam casibus accommodatas commanefactiones.

PRIMA.

Lex Moisi iubebat eum, qui compressisset puellam, ducere eam uxorem, et ei dotem attribuere, siue promississet coniugium, siue non promississet. Sed nostra iura non cogunt te ducere a te compressam, si non promissisti coniugium. Dotis tamen mentionem faciunt: Ducat aut dotem. Quod idem fuit usitatum Attico iure.

SECUNDA AD
monitio.

Fortassis ideo ab antiqua consuetudine discessit recentior ætas, que cogit retinere

si. Josephus
Iosephus
Hecyra. 1.

Oct. 22
S. 116-22

DE CONIVGIO.

retinere compressam ab alio, quia si liceret accusare nouam nuptam, saepe propter suspensiones aut offensiones qualescunq; in periculum uenirent innocentes. Saepè etiam patefierent arcana delicta, quæ regi multò honestius & utilius est, iuxta illud: Omnia delicta regit dilectio. Itaq; gubernatores prohibere accusationes uoluerunt. Nec uituperandum est hoc consilium.

Et si autem non fero nouas leges tantum modestè dicere licet, quid uideatur prodesse. Primum tentanda est reconciliatio, ut is, qui errore duxit compressam ab alio, retineat eam, præsertim si est modesta. Quia diuortia saepe magnæ calamitates sequuntur, quarum habenda est ratio à Iudice, & ab actoribus: Sin autem reconciliatio perfici non potest, sapiens iudex, cuius ea est autoritas, ne postea mutetur sententia, imitari potest exemplum legis Mosaicæ, eo usq; ut de diuortio pronunciet. Notum est enim, leges forenses Moisi non pertinere ad nostras politias, sed tamen ibi conspicitur, quid Deus approbet. Possunt

proverb 10
1. 1. 4.

salus aliorum
licet

no seruet sed aliquo
est

ibi est spes eme
daturis.

obectis

DE CONIVGIO.

Possunt igitur legum conditores suo loco hanc legem ferre, ut in tali casu, si reconciliatio non procedat, fiat diuortium. Et multò intollerabilior est error in hoc casu, quàm si quis ignorans duxisset ancillam. Et possunt ad di alia rationes honestæ. Sed exemplum legis Mosaicæ plus munit conscientias, quàm alia argumenta. Quia ex testimonio legis diuinæ certi sunt legislatores & iudices, se non facere contra uoluntatem Dei.

ALIUS CASVS.

SÆPE & de hoc casu quæritur: An habens uxorem, ut David, & aliam attingens, possit deinde mortuis prioribus coniugibus, ducere compressam antea, cum maritus esset alterius, aut ipsa alterius coniunx? **Cano- nes** prohibent coniugium in hoc casu. Prohibent item, si facta sit machinatio ad interficiendum coniugem alterius. Hæc decreta bono consilio facta sunt, ut adulteria maiore cura uitarentur. Sed exemplum Davidis ostendit, in hoc

2 Reg. 11

^{10. h. 1. C. 1. m.} DE CONIVGIO.

hoc casu coniugium posse concedi, & hac ^{in iudice} iudex nunc quoq; uti potest, præsertim cum politici Magistratus adulteria non puniunt, et Deo ualde displicent uagabundæ commixtiones.

ALIA QVAESTIO.

An liceat Christiano ducere Ethnicam, aut alioqui dissentientem de Religionem?

PROHIBENT CANONES ducere Ethnicam & Hæreticam, quod etiam bono consilio constitutum est: Quia & Lex diuina prohibuit coniugia cum Philistæis. Sed hinc quoque nosse regulam necesse est: Euangelium non abolet politias. Sed concionatur de iusticia cordis. Interea in uita externa finit nos uti legibus politicis, non pugnantibus cum legibus naturalibus, sicut utimur diuersis dierum spacijs. Ideo Paulus expressè iubet, ut retineant Christiani coniuges, quæ

cap. 1. iudici et c. 28

9. 1.

Exod. 34. Deut. 7.

1 Cor. 7

DE CONIVGIO.

quæ uolunt in eodem coniugio manere, etiam si non amplectuntur eandem religionem, & addit consolationem. Sanctificatur uir infidelis per uxorem fidelem, id est, credenti usus coniugij fit mundus, id est, non displicens Deo, etiam si coniunx de religione dissentit, sicut dicitur: Sanctificatur cibus per uerbum & orationem, id est, est concessus, non displicet Deo usus cibi.

1 Tim. 4

Ita Mater Augustini Christiana mansit in coniugio mariti ethnici, & quidem asperi, qui postea obsequijs & uirtute uxoris motus est, ut ad agnitionem Christi flecteretur. Ac talia exempla in Historijs obuia sunt plurima, quorum consideratio & nostro tempore utilis est, ne propter religionem coniuges diuellantur, qui manere in eodem coniugio cupiunt, ut sæpe propter sobolem ægre diuelluntur. Et Christianus suis consequijs retinere beneuolentiam coniugis studeat, ne captare occasionem diuortij uideatur.

7.6

DE

DE CONIVGIO.

DE DIVORTIO.

DICTVM est in definitione; coniugium esse legitimam & indissolubilem coniunctionem unius maris & unius foeminae. Nec dubium est, has restrictiones congruere ad primam institutionem. Quia Deus uoluit genus humanum non ut pecudes uagari commixtionibus, sed marem & foeminam certo ordine copulatos esse; & huius ordinis obseruatione obedientiam ipsi debitam præstare.

Et hunc ordinem seuerissimis legibus sancit, & perpetuo tristissimis poenis in toto genere humano omni tempore confusiones huius ordinis punit, ut ostendunt diluuium, deletio Sodomæ, Sybaris, Thebarum, Troiæ, & plurimarum gentium.

Et huius tantæ seueritatis causa est, quod uult Deus in genere humano lucrere Castitatis intellectum, ut sciamus & ipsum esse mentem castam, & Castitatis amantem, et huius uirtutis mentione discernamus eum à naturis immundis;

Sanxit

DE CONIVGIO.

Sanxit igitur statim initio, ne dissoluerentur coniugia, inquit: Erunt duo in carnem unam, id est, inseparabiliter iuncti. Nam in hanc sententiam Dominus ipse hoc dictum citat Matthæi 19. Et huic præcepto primi patres Adam, Seth, & alij sine ulla dubitatione obtemperauerunt, & hanc doctrinam alijs tradiderunt.

Sed postea laxata ueteri disciplina, diuortia etiam recepta sunt, & cum iam ante Moysen usitata essent, permissa sunt & uoce Legis Mosaicæ. Sed tamen initio metæ circumdatæ fuerunt, ne priuata leuitate fierent, sed in iudicijs prius cognoscebantur causæ.

Sanxit igitur lex singulari consilio, ne rursus duceretur dimissa, quæ postea alteri nupta fuit. Detestatur enim Deus confusiones libidinum.

Apud ueteres Atticos etiam consuetudo fuit, ut in iudicijs causæ diuortij cognoscerentur. Sed postea apud Iudæos & Gentes secuta est maior leuitas & licentia, & priuato arbitrio facta sunt diuortia, siue causæ graues essent.

DE CONIVGIO.

sive leuēs, siue nullæ. Sunt & res ductæ, quæ antea dimissæ fuerant, ut Cato petenti Hortensio cesserat Martiam, & post mortem Hortensij rursus eam sibi adiunxit. Talis leuitas occasionem quæstioni præbuit. Matthæi 9. Prohibet igitur Dominus diuortia in eo loco, excepto uno casu, uidelicet adulterio, in quo casu persona suo scelere dissoluit coniugium, & è medio tollenda erât, Nec dissolutionis causa est persona innocens. Ideo uox Filij Dei liberat innocētem personam. Exat & alter casus 1. Corinth. 7. de desertore uel desertrice.

DE MODO PROcedendi.

Non sunt autem faciendæ diuortia sine cognitione legitimorum iudicum, sed persona innocens si uult fieri diuortium, petat à iudice uocari personam, quæ deliquit. Hic cum utraq; pars uenit in iudiciū, primum adhortandi sunt utraq; ut redeant in mutuam gratiam, si non procedit re-

Re concii

DE CONIVGIO.

conciatio, pars innocens non potest cogi, ut recipiat ream.

Auditis igitur partibus, & confirmata accusatione, si accusator honestè uixit, et petit ferri sententiam, pronuncietur hoc modo: Cùm persona quæ deliquit, suo scelere dissoluerit coniugium, iudex autoritate Euangelij personam innocentem pronunciat esse liberam, & expressè inquit, concedi ei, ut pro sua conscientia piè contrahat aliud coniugium.

*C. 1. cum 5. c.
Sagmont. 22
q. 7. c. q. 100
Dug 33. q. 2
C. 2. ad
Hinc ibidem
Semp. tom.
conuictos c.
vint. ex
de Diuortijs*

Pontificij Canones faciunt diuortium nomine, non re, id est, non permittunt, ut persona innocens contrahat aliud coniugium. Sed cùm Euangelium in illis calibus concedat diuortium, intelligatur id non de inani uocabulo, sed de tali liberatione, quæ fit re ipsa, diuortium uidelicet, in quo nõ retineatur ligata persona innocens.

*Orig. Homil.
in cap. 19
Matth. 19. 9
Euf. histori.
ca Eccles.
Libro 4
cap. 17*

Et fuisse hanc consuetudinem in Ecclesia ueteri, annotatum est ab Origene in Matthæum. Item ab Eusebio in Ecclesiastica historia, qui pagina 88. citat historiam ex Iustino Martyre, qui

*In Codice
Basilienfi* *Intra prius, scribit,
in Apolog. ad Romanos
pag. 129*

DE CONIVGIO.

scribit, mulierem piam fecisse diuortium cum marito, polluto flagitiosis libidinibus, & publicè accepisse libellum repudiij, ut uocabant, id est, tabulas testificantes de diuortio. Et Hieronymus recitat Fabiolæ nobilis matronæ Romanæ historiam, quæ propter mariti scelera fecit diuortium, & nupsit alteri. Hęc exempla meminisse utile est, ad confirmandum morem iudiciorum in nostris Ecclesijs.

*in Epistol.
Fabiolæ.
tomo 1. fol. 128.
pag. 70.
Basil. 2. p.*

Si autem persona quæ deliquit non uenit in iudicium, sed aut contumaciter abest, aut inueniri non potest, cùm accusator confirmata accusatione testes adducit, qui affirmant, eius famam integram esse, & petit se liberari, pronunciet iudex, eum liberum esse, ut antè dictum est.

Sed quid fiet de persona condemnata? An concedendum est ei, si adest, ut in hsdem locis uiuat?

R 2, Respon

DE CONIUGIO.

Respondeo. Magistratus politicus
adulteria punire debet. Ideo per
sona condemnata, si non punitur duris
ius, pellenda est ex ijs locis, ubi uiuunt
persona innocens, cui altera, uidelicet
condemnata, uelut mortua existiman
da est. Et hæc seueritas ad politicum
Magistratum pertinet.

Quid sit Desertor.

In quaestione de diuortio libe
rat uox diuina personam innocen
tem, cum alter coniugum foedus con
iugij adulterio dissoluit, & innocenti
personæ re iudicata, ut dixi, concedi
tur contrahere aliud coniugium, idq;
hoc modo seruatur in nostris Consisto
rijs. Seruatur idem de persona iniuste
deserta, quia Paulus inquit 1. Corin. 7.
Si autem infidelis discedit, discedat,
non subiectus est seruituti frater aut
soror in talibus. Expressè pronunciat
Paulus, personam iniuste desertam li
beram esse, id est, non cogendam esse,
ut uagabundum desertorem sequatur.

E tli

DE CONIUGIO.

Et si autem aliqui restringunt hoc
dictum ad casum de religione, tamen
uerè accommodatur in genere ad
quacumq; iniustam desertionem, cum
non sit ratio dissimilitudinis.

Et consentaneum est, desertores
impatientes freni coniugalis, deinde
non abstinere ab alijs mulieribus. Sed
cum uariae sint causae migrationum,
definiendus est desertor. Nec conce
dendum est desertæ personæ coniu
gium sine iudicum cognitione.

Est igitur Desertor, qui discedit à
coniuge, aut diutius abest, nulla hone
sta causa coactus, sed uel leuitate, uel
iniusta impatientia freni coniugalis,
uel alijs non necessarijs causis impulsus
uagatur.

Et multi adeò sunt ἀσεβεις, qui agi
tantur à Diabolis, ut etiam sobolem
negligant. Talis desertor propter per
fidiam & ἀσεβειαν supplicio publico
puniendus erat. Ideo iustum est opem
ferre personæ innocenti, quæ deser
ta est.

R 3

Ac

DE CONIUGIO.

Accedat autem, ut dixi, cognitio iudicum: uocetur ergo in iudicium, & cum non uenit, audiantur testimonia de personæ innocentis integritate, & pronuncietur libera, &c.

Non est autem desertor, qui abest officij causa, ut legatus aut miles delectus autoritate legitima ad militandum. Aut si uoluntate coniugis maritus abest in mercatu, aut alio honesto negotio.

Nec captiuitas dissoluit coniugia, nec deportatio, ut lex Alexandri Severi in Codice de repudijs inquit: Matrimonium deportatione, uel aquæ & ignis interdictione non soluitur, si casus, in quem maritus incidit, non mutat uxoris affectum, id est, si non est tale scelus, quo alioqui coniugium dissolueretur.

De milite autem narrat constitutio Iustiniani in Autenticis: Olim si toto quadriennio nihil significasset uxori inquirenti miles de sua uoluntate, concessum fuisse mulieri aliud coniugium. Hanc breuitatem temporis reprehendit

L. 1. C. de repudijs.

Quod autem a nobis in authenticis ut licet matri et uisa.

DE CONIUGIO.

dit Iustinianus, inquiens, militi tristius esse uxorem domi amittere militiæ causa quam capi ab hostibus, Ideo fancit longius tempus, & requirit diligentem inquisitionem de uoluntate uiri.

Loquitur autem lex de militia legitima, non de leuibus hominibus, qui non uirtutis & militiæ causa domo absunt, sed ut liberius uagari possint, militum titulum assumunt. Hoc discrimen etiam iudex considerabit.

Am. in h. l. 615

De tempore, post quod alia coniugia concedi possunt.

SI diuortium factum est propter adulterium, innocenti personæ non præscribitur tempus, postquam res iudicata est.

Sed in quæstione desertionis annos considerari necesse est, ut intelligatur, personam uerè desertam esse, non leuitati aut perfidiæ prætexere umbram desertionis.

R 4

Lex

sponsus de facto

Lex de sponsalibus

DE CONIUGIO.

Lex in Codice concedit sponsæ post biennium alteri nubere, si ea non assente sponsus, qui tamen non est extra prouinciam, tam diu differt publicum ritum coniugij.

Lex de re iudicij

Alia lex de sponso peregrinante loquitur, de quo concedit sponsæ post triennium alteri nubere, uidelicet, nisi ea assente diutius absit.

c. de illis Extra de sponsal.

Pontificiæ constitutiones desertæ personæ quantumlibet innocenti nullo unquam tempore concedunt coniugium, nisi desertricem personam constet mortuam esse. Sed supra recitauit dictum Pauli ex Corinthijs, quod liberat personam innocentem, & plerumq; desertrix persona simul adulterij rea est. Nequaquam igitur laquei iniiciendi sunt innocenti personæ propter aliena delicta. Sed intelligatur & in hoc casu liberatio non de inani uocabulo, & personæ liberatæ concedatur coniugium.

parag. no. in An. thentico de nuptijs

Iustinianus expressè concedit coniugium desertæ personæ post decennium. Glosa in capitulo in præsentia.

extra de sponsalibus

DE CONIUGIO.

in Decretalibus ita inquit: Vbi post septennium uerisimiliter præsumitur de morte uiri, excusatur mulier, si nubat. Ac mitior est glosa, quàm textus. Sed cùm iudex inquisiuit negocium, & comperit, querelam de desertione non esse inanem prætextum, & uidet mores personæ innocentis honestos esse, posset imitari legem Constantini de quadriennio, uel dictum de quinennio in Digestis, in titulo de Diuortio.

in u. textus no. glosa hinc dicitur hinc dicitur nisi dicitur hinc certe non uult.

L. uxor C. de diuortijs.

L. uxores ff. de diuort. hys.

Hæc moderatio non uidetur absurda: Nec tamen præscribo certum tempus, sed sapiens iudex simul considerabit, quid deceat exempli causa, & ne laqueos conscientiæ innocentis personæ iniiciat.

DE NATURA Spadonum.

Verecundè sic nominantur illi, qui prorsus non sunt idonei ad commixtionem coniugalem: Et nominantur Spadones, siue natura tales sint, siue arte castrati sint.

R 5

De

DE CONIVGIO.

De his sciendum est, tales personas nequaquam fieri coniuges, sed cum est explorata frigiditas, iudex pronunciet illas personas liberas esse. Nec fit tunc diuortium, quia non erat coniugium, iuxta dictum Mat. 19. Sed fit declaratio ut alij sciant, illam societatem non esse coniugium, & personæ quæ habet naturæ vires integras, concedi aliam societatem copulationem legitimam. Sed ad explorandam frigiditatem iura temporis constituerunt, si res dubia est, ne ante triennium fiat seiunctio.

Eodem modo pronunciant de ijs, in quibus natura ita læsa est fascino aut veneficio, ut ope medica sanari non possit, si toto triennio frustra tentata est medicatio.

Tanta est autem uirtus aliquarum mulierum, ut occultent imbecillitatem uirorum, sicut uiri doctissimi Simonis Grynæi socer narrauit, se mortuam primam coniuge duxisse uiduam uirginem quæ undecim annos nupta fuerat uiro frigido, nec unquam ulli ante mortem uiri hanc rem patefecit.

De

DE CONIVGIO.

De Diuortijs propter seueritatem, ueneficia, & insidias structas uitæ.

CVM textus Matth. 19. tantum faciat mentionem Adulterij, ualde pugnant aliqui, non posse fieri diuortia propter seueritatem & insidias uitæ structas, Sed in Codice lex Theodosij, quam existimo graui deliberatione piorum scriptam ut tunc usitata diuortia restringeret ad certos casus, concedit diuortium etiam in his casibus.

Etsi autem aliqui reijciunt hanc legem, & contendunt eam ab Euangelio dissentire, tamen hi non rectè intelligunt discrimen Legis & Euangelij. Et cum expressè dicat Dominus, in politia Moysi diuortia permittenda esse propter duritiam cordis, significat aliam esse gubernationem hominum sanabilium, qui sunt membra Ecclesiæ, & uolunt obtemperare Euangelio. Aliam politicam impiorum & contumacium, qui frenos legum pati nolunt.

Et

DE CONIVGIO

Si quis est igitur talis maritus, qui
 fauiciam in coniugem exercet, & ad-
 monitus à Pastoribus non desinit fu-
 rere, & domesticæ Ecclesiæ inuocatio-
 nem turbare, & uxorem ita crudeliter
 tractare, ut uita in periculo sit, hic cer-
 tē Magistratus politici imperio coher-
 cendus est, qui non solum uitam per-
 sonæ innocentis tueri debet, sed etiam
 debet eius conscientiaē consulere, ne
 fracta dolore & indignatione, tandem
 abijciat inuocationem, aut aliquid in-
 iuste faciat, ut dicitur: Furor sit laesa
 sapientia. In eo casu in persona
 crudeli, non pertinente ad Ecclesiam,
 Magistratus politicus Theodosij lege
 uti posse uidetur.

Rom. 13

Imperia politica uult Deus honori
 esse bonis, & terrori malis. Vult Deus
 tegi eos, quorum mores sunt sine scele-
 re, uult eis concedi pacem ad inuoca-
 tionem, ad educationem, & ad institu-
 tionem sobolis, uult latrones reprimi,
 siue domi, siue foris latrocinia exerce-
 ant. Nec desunt unquam in imperijs
 homines contumaces, iniusti & ἀσοφοί,
 excr

DE CONIVGIO.

exercentes in suos iniustam fauiciam,
 quales nominat Dominus in hac con-
 cione duos corde.

AN PROPTER MOR-
 bos contagiosos & incur-
 biles, ut propter Le-
 pram, diuortium
 fieri possit.

R Espondeo. Planē & perspicuē
 affirmo, nequaquam facienda es-
 se diuortia propter morbos, nec de-
 serendum esse ægrotum maritum, nec
 deserendam esse ægrotam uxorem, quia
 semper oportet hanc regulam esse
 firmam & immotam: Quos Deus con-
 iunxit, homo non separet. Quare o-
 mnis persona uiuens, quæ uolens in-
 choat distractionem, sine ulla dubi-
 tatione horribiliter peccat, ut, adultera
 seu desertrix inchoat distractionem
 uolens, & facit contra hunc ordinem
 diuinam uoce & lege sancitum, Ita si per-
 sona rectē ualens inchoaret distractio-
 nem, esset similis desertrici & adulteræ
 & rea

DE CONIVGIO.

& rea magni sceleris. Nam calamitas, quæ inter uiuentes accidit sine culpa, nequaquam dissoluit cõiugale fœdus.

Omnia igitur dicta, quæ prohibent distractionem, proponant libi homines timentes Deum.

Genesis 2. Erunt duo in carnem unam.

1. Corinth. 7. Vir non habet potestatem corporis sui, sed uxor. Nec uxor potestatem habet corporis sui, sed maritus.

Ephe. 5. Viri diligite uxores uestras. Nemo carnem suam odio habuit, sed eam alit & fouet.

Cum igitur maneat fœdus coniugale, inter tales personas, quas non distinxit culpa, manifestum est, non deserendam esse ægotam personam, ac deberi ei beneuolentiam & auxilium, tanquam proprio corpori. Summus amicitie gradus est fœdus coniugale. Inuultissimum est autem, in calamitate amicum

DE CONIVGIO.

amicum deserere, egentem auxilio, & confugientem ad amici beneuolentiam & fidem. Quare desertio coniugis propter calamitatem, in qua nulla est culpa, iniusta & scelerata est.

Quidam uerò crudeliter disputant, Leprosos similes esse mortuis, & hoc prætextu consulere personæ rectè ualenti student. Sed hoc sophisma refutat manifesta crudelitas. Mortui non indigent aliorum hominum auxilio, Aegrotata persona adhuc indiget hominum auxilio, Quare, quod ad uerè amicitie officia attinet, nondum est mortuæ similis. Adhuc est caro tua, adhuc lex diuina tibi concionatur: Nemo carnem suam odio habuit. Et auctoritate Magistratum cogenda est persona rectè ualens, ne deserat ægotam, & ne negligat eius uitam, sed ferat opem ægotanti.

Et si autem uideatur aliquibus hæc sententia durior, tamen iustam esse omnes bonæ mentes intelligunt. Si quis autem maritus pius indiget cõsilio, interroget Pastores eruditos & graues, & rectè

DE CONIVGIO.

& rectè intelligentes doctrinam Ecclēsiæ. Potest enim responderi, ne perplexitate implicetur conscientia, & ne fides & inuocatio in uiro interrogante impediātur.

DE DESPONSATIONE IMPUBERUM.

MULTUM refert rectè intelligere sermonem uetusti Iuris. Vetusitas nominat sponsalia tantum eas promissiones, in quibus fiunt pacta de futuro coniugio, & quæ nequaquam sunt initium præsentis coniugij, ut inter Octauium adolescentem, & Seruiliam adhuc paruulam, fiunt sponsalia. Ibi tantum hoc agitur, ut aliquando post per uerba de præsentis coniugio constituitur.

De his sponsalibus inquirunt uetustæ leges, uoluntate partium dissolui posse sponsalia, ut Octauius non duxit Seruiliam. Hic obseruandum est, quomodo uetusitas locuta sit. Recentior ætas fingit ambiguitatem, nominat alia sponsalia de futuro, alia de præsentis

DE CONIVGIO.

cum contractus, in quo per uerba de præsentis seu categoricè promittitur coniugium, sit iam uerum initium coniugij præsentis.

Prudenter autem considerandum est, ubi sunt sponsalia de futuro, nec id ex cauillatione uerborum iudicetur, sed ex multis circumstantijs, an tunc uoluerint partes aliquid constituere, quod postea non posset mutari propter grauem causam, cuius tunc fortassis ratio habita est.

Sunt autem sponsalia de futuro, promissiones omnes, quibus addita est conditio honesta, cuius ratio in iudicando habenda est, ut, Ducam te, si parentes adsenserint. Tales promissiones irritas esse, si conditioni non fuerit satisfactum, supra dictum est.

Sunt & sponsalia de futuro, quando nomine impuberum sit promissio à parentibus, uel tutoribus, de coniugio contrahendo inter hos impuberes, uel cum ætas erit idonea, aut cum ipsi impuberes, uel altera persona, cuius ætas nondum est idonea, coniugium futurum promittit.

S Hæc

Suetonius in Augusto.

C. perit hinc extra eodem

Sponsalia de futuro et conditionis

DE CONIVGIO.

Hæc sponsalia dissolui posse, cum deinde uoluntas puberū non accedit, certum est. Nec cogenda est persona repugnans, quæ se non obligauit ipsa postea, cum ætas iam matura esset coniugio, & suo iudicio statuere posset.

Vt autem homines alijs multis rebus bonis abutuntur, ita & coniugij umbra prætextitur. Sæpe propter pecuniam aut præsidia fiunt pacta de im-
puberum coniugijs, cum in hoc tanto fœdere perpetuæ coniunctionis honestum iudicium, & mutua beneuolentia horum ipsorum, qui iunguntur, requiri & ualere debeant, nec deceat corpora natorum uenalia esse, propter pecuniam, aut alia ^{πλεονεκίματα}. Et puni-
nit Deus hanc ordinis deprauationem pœnis manifestis. Quare parentes honesti, considerantes ordinem diuinū, saluti filiorum & filiarum rectè consulant, nec cogant filios aut filias contra naturæ inclinationem ad coniugia, à quibus abhorrent, eaq; in re moueantur his maximis causis; Vbi non est

mutuus

DE CONIVGIO.

mutuus amor coniugum, ibi discordia fauciat mentes, impedit inuocationem Dei, turbat totam domesticam cōsuetudinem, & parit multa peccata. Interdum & cum uoluntates distractæ sunt, sequuntur adulteria & pœnæ, in quibus multi ruunt in noua scelera, & in tragicas calamitates.

Hæc infinita mala præcipuè parentes, qui ea aliquo modo intelligere possunt, considerent & metuant, & ne accidant filijs & filiabus, Deum ardentibus uotis precentur. Deinde ipsi caueant, ne stultis aut impijs consilijs ea accersant.

In multis deliberationibus nimis magna negligentia & futilitas est parentum de coniugijs suorum. Vnde postea & tristissimæ calamitates sequuntur, & familiæ fiunt non Ecclesiæ Dei, quod esse debebant, sed Diabolorum lustra, & multi miseri homines in illis calamitatibus ruunt in indignationem aduersus Deum, in desperationem, & in æternum exitium.

S 2

Oro

DE CONIVGIO.

ORO autem Deum æternum Patrem Domini nostri Iesu Christi, conditorem generis humani, & custodem honestæ societatis, ut ipse nos gubernet, & faciat, ut nostra coniugia & familia nostræ sint veræ domesticæ Ecclesiæ ipsum rectè inuocantes, & ei obtemperantes, in tuendo ordine, quem instituit, nec sinat domesticis discordijs impediri inuocationem, & alia officia necessaria, Amen.

DE OFFICIO MAGISTRATUS
IN TUENDIS LEGIBUS
CONIUGII.

ERTILISSIMUM est, salutarem gubernationem DEI opus esse. Ac manifestum est, diuinitus institutum esse hunc ordinem in genere humano, ut præ sint Magistratus multitudinibus. Et his Deus præcipua officia quatuor attribuit.

I. Primum est, ut Magistratus sonet uocem legis diuinæ in tuenda disciplina,

DE CONIVGIO.

ciplina, quia prima & immota norma uitæ esse debet Lex diuina.

II. Secundum, ut sit uigilans custos diuinæ Legis, ac seueritate pœnarum coherceat & puniat contumaces, & defendat obediens. Hunc ordinem ita sancit Deus. Et manifestum est leges contemni, ubi nulla sunt pœnarum exempla. Sicut uerè laudat dictum Aeschinis Demosthenes: *ὁ δὲ ἐπιφελὸς τῆς πολιτείας, μήτεχόνους νόμους ἰσθλὰ δεικύνων*.

III. Tertium officium est, Magistratus addere potest aliquas leges diuinis, nequaquam tamen dissentientes à diuinis, sed quæ sint adminicula, ut maiore cura seruentur.

IIII. Quartum, ut has leges seueritate pœnarum tuetur.

Hæc officia Magistratus & in coniugii defensione considerent. Sciant se uerissimis mandatis Dei præcipi, ut leges coniugiorum conseruent, & puniant adulteria, uagas & incestas libidines.

dines, & tollant e medio illa dira por-
tenta, quæ & iram Dei irritant, & pol-
luunt genus humanum tetrîs libidin-
um confusionibus: quia certissimum
est, Deum horribiliter irasci, & ipsi-
libidinum confusionibus & negligenti-
æ gubernatorum, qui eas non puni-
unt, nec fontes e medio tollunt.

Et propter hæc scelera uagantur in
genere humano multæ pœnæ publicæ,
bella, uastationes, dissipationes homi-
num, & aliæ magnæ calamitates, ut
ostendunt exempla Sodomorum, Cha-
nanæorum, tribus Benjamin, exilij
Dauidis, euerfionis Troiæ, & aliâ in-
numerabilia.

Sic igitur inquit uox diuina Leuiti-
ci 18. de incestis: Caute ne uos simili-
liter euomat terra, cum similia facie-
tis, sicut euomat Chananæos.

Leuit. 18

Et expressè gubernatoribus præ-
cipit, ut tollant fontes, inquit: Om-
nis anima quæ fecerit quiddam harum
abominationum, deleatur ex hoc po-
pulo.

Hæc

Hæc mandata sæpe repetita sunt,
ut de adulterijs dicitur in Deuterono-
mio cap. 22. Si dormierit uir cum uxo-
re alterius, uterq; interficiatur, adulter
& adultera, Et auferes malum ex Is-
rael.

Dolendum est autem, in multis lo-
cis Magistratus in hac tanta re segno-
res esse, quorum negligentia magis ir-
ritat iram Dei. Atq; ita pœnæ in gene-
re humano cumulantur, ut adparet in
historia tribus Benjamin, quæ penè
funditus deleta est, quia stuprum uxo-
ris Leuitæ punire noluit.

1. Cor. 5.

Certissimum est enim, Deum pu-
nire uagas libidines omnes, etiam cum
cessant Magistratus, quia castitas & iu-
sticia Dei immota est, & hanc regulam
semper tuetur, Scortatores & adulte-
ros punit Deus. Quaquam autem
conuersis Deus propter Filium pœnas
mitigat, ut Dauidem non sinit prorsus
extingui, nec accendit totam iram, ut
Psalmi uerbis utar, tamen quanta sit
moles pœnarum considera. Familia pol-

2. Cor. 5.

2. Reg. 11

psal. 68

Ammon Thra-
nam / or-
tem / A /
in Coniugio
18. 18. 18. 18. 18.
2. Reg. 13

S 4 luitur

DE CONIVGIO.

Ab/elen Ammon

*2 reg. 14
2 reg. 18*

2 reg. 16

*in fine 2 reg. 18
21/19*

in fine 2 reg. 18

^{casus ubi nihil est nisi casus regis 2 Reg. 13}
 luntur incesta commixtione, Filij inter
 se dimicant, Pater in exilium pellitur,
 Mora seditione Filius & magna multi-
 tudo ciuium interficiuntur, Matronæ
 regiæ Deo dilectæ polluantur scelere
 Filij. Multò tristiora erant hæc tetra
 mala Dauidi, quæ mors sui corporis fu-
 tura erat: Sed utrunq; ostendit Deus,
 uerè se irasci sceleribus, & ea punire, et
 tamen ab æternis pœnis eripere eos,
 qui ad Filium Mediatorem confugis-
 unt, in quem maior pœna deriuata fu-
 it, quæ est precium pro nobis.

Hæc doctrina & de pœnis & de
 conuersione omnibus cogitanda est.
 Ac hortandi & obtestandi sunt Ma-
 gistratus, ut sint memores mandati à
 Deo officij, cogitent Deum castum &
 iustum esse, & sese in munere diuino
 collocatos esse, ut sint imago Dei, sint
 casti & iusti, & tueantur in populo
 castitatem & iusticiam. Hæc officia
 sunt grata Deo, & salutaria governa-
 toribus & populo.

In

DE CONIVGIO.

In multis regionibus politici gu-
 bernatores ideo negligentiores sunt in
 defensione castitatis, quia magna ex
 parte hanc curam reijciunt ad forum
 Episcoporum. Sed cum alia quædam
 ibi contra normam à Deo traditam si-
 unt, tum uerò ipsorum leges impedi-
 unt iustas pœnas, quia non sunt arma
 ti gladio.

Præterea cum ipsi iudices ibi ple-
 runq; contaminati sint uagis libidinis
 bus, minus irascuntur similibus, ut di-
 cit Aristoteles, citans Euripid: δι φαν-
 λοι φανλοισ κδθεε, κη κακος κηκφ σω ετηκρο
 Interdum à miseris mulierculis aliquid
 abradunt pecuniæ. In talibus iudicijs
 tantum irridetur Deus.

Sint igitur rectè constituta iudicia
 de coniugijs. Potestas politica adiun-
 gat sibi doctos & honestos uiros, ele-
 ctos ex toto corpore Ecclesiæ, et rebus
 inquisitis & rectè cognitjs, pronun-
 ciet, & in puniendo sit ministra DEI,
 tollat ex uita omnes pollutos com-
 mixtionibus, quæ cum natura pu-
 gnant, incestos, adulteros, raptos,

S 5 deserto

DE CONIVGIO.

desertores, adulteras, & desertrices, ne Deus totas urbes & gentes propter hæc ipsa scelera, & propter Magistratum negligentiam deleat.

Ostendant etiam honesti gubernatores amorem Castitatis in defensione coniugij. Aboleant impias & diabolicas leges Episcoporum de celibatu Sacerdotum, & concedant pium coniugium omnibus, qui ad id uitæ genus idonei sunt, iuxta legem diuinam, 1. Corinth. 7. Vnusquisq; habeat uxorem suam uitandæ scortationis causa.

Magistratus cum sit imago & minister DEI, amet castitatem, cum sciat Deum esse mentem castam, & seuerissime pascere ordinem, Castitatis tuendæ causa institutum. Non sit imago & minister Diaboli, qui odio Dei miseros homines impellit, ut libidinum confusione polluantur, ut ira Dei augetur, & ut hæc misera creatura in maiore turpitudine sit, et postea ruat in æternum exitium.

Hos horrendos furores diaboli adiuvant omnes, qui uagas libidines quoquo

DE CONIVGIO.

quo modo augent, uel defensione legis Pontificiæ de celibatu, uel neglectione pœnarum.

Nondum in hac uita turpitudine & magnitudo horum scelerum satis conspicitur, sed reteguntur hæc ingentia mala in postremo iudicio, cum ostendet Deus omnibus Angelis & hominibus turpitudinem peccati, & maliciam Diabolorum.

Sed tamen in hac uita gubernatores honesti & pii de hac re etiam uoluntatem Dei considerare debent, & dirigere gubernationem ad legem Dei, & quantum fieri potest curare ne cumulentur peccata & pœnæ, ut apud Esaiam dicitur: Væ illis qui scribunt leges iniustas. x.

ORO AVTEM FILIVM DEI, Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, crucifixum pro nobis & resuscitatum, uerissime amantem Castitatis & casti Coniugij, ut ipse flectat mentes

DE CONIVGIO.

mentes omnium, qui eum inuocant, ad castitatem, & defendat Coniugij Leges, & reprimat diabolos, qui odio Dei impellere miseros homines conantur, ut uarijs modis polluantur & pereant. Crescit infirmitas naturæ humanæ in hac mundi senectâ, & simul rabies in diabolis crescit, quia sciunt breuî instare iudicium, in quo ipsorum turpitudine omnibus Angelis & hominibus clare ostendetur. Ideo te Fili Dei, Domine IESV CHRISTE, crucifixe pro nobis & resuscitate oro, ut nos, ut adolescentiam, ut familias nostras regas, & ad castitatem & ueram inuocationem æterni Patris peccata nostra Spiritu sancto tuo flectas, Amen.

TEΛΘ.

Iohannis

IOHANNIS STIGELII
ELEGIA, QVA CELEBRATUR
BRATVR DIGNITAS ET
fructus coniugij.

CHRISTE sacris sponsi dignate accumbere mensis,
Et thalami patrio more probare decus:
Mirando tenuem cumulans dum munere coenam,
Ex aquo reddis dulce liquore merum,
Vnde onnis celebrans studio te Cana recenti,
Omnia qui posses credidit esse Deum:
Huc ades, ad sanctam uirgo dum ducitur aram,
Chytræo coniux uirgo futura meo.
Te ducente patris spirantem è pectore flammam
Mitte, tibi ut casto nectat amore duos.
Is quoniam teneris te uerè agnouit ab annis,
Hec quoniam uera te pietate colit.
Verum optate uenis, presenti ex numine firmata,
Iam pridem auxilio scedera facta tuo.
Iam prodi noue Sponse, tibi, tibi ducitur uxor,
Iste tuo ridet clarus honore dies.
Iam tuba dat signum, iam confluit agmine facto,
Ante fores pulchro splendida pompa choro.
Dulcis ad ornatum percellit Musica templum,
Musica munificum nata sonare Deum.
Et sacra coniugij solitam meditatus ad aram
Mysta, pio faustas concipit ore preces.

Aspl.

Aspice ut incedat, frontemq; pudore serenans,
 Libera per vulgi murmura sponsus eat.
 Monstrat iter pietas, quam poete observat euntem,
 Doctrina ingenij multa scientis opus.
 Ad latus incedit Musis comitata Latinis,
 Eloquij Ausonij Musa Pelasga parens.
 Et blandæ Charites, et quas pulcherrima uirtus
 Reginae famulas iusta probantis habet.
 Nec magis hunc decorat clarorum pompa uirorum,
 Quam proprius reliquos illius ornat honos.
 Parte alia ingreditur castis comitata puellis,
 Et testata suam sponsa pudore decus.
 Vox uolat in triuijs, hoc felix sponsa marito,
 Hac foelix etiam coniuge sponsus erit.
 Interea sancit dum Sacramenta Sacerdos,
 Mutua conspirans pectora necit amor.
 Non amor Idalijs quem fabula turpis in umbris,
 Nutritum obscenis lusibus esse canit:
 Verum amor exortus purgatæ in lumine mentis,
 Coniugij autorem qui tenet esse Deum.
 Quisq; animos ueniens diuina adflauit ab aura,
 Quæ pia coelesti corda uigore sonet.
 Foelices, misero quos uane è gurgite uitæ,
 Coniugij in portum uexit honesta quies.
 At qui legitimi contemnis uincula lecti,
 Exitij causam tu tibi sponte moues.
 Nanq; Deum irritas iustam uiolenter ad idem,
 A quo coniugij lexq; decusq; uenit.

Ille duos primùm lecto sociavit in uno,
 Et licito unanimes iussit amore frui.
 Coniuge quum uisa, geniali liber in horto,
 Nouisti carnem carnis Adame tue.
 Quid, quod et in gremio naturæ sparsit alentis,
 Vndiq; legitimi ceu simulacra thoris
 Ipsius in terram dicas connubia caeli,
 Coniugij specimen mille notare modis.
 Obuia iungit amor crescentum semina rerum,
 Dum subit hinc humor, res agit inde calor.
 Vrit amor uolucres uentis atq; aëre uectas,
 In gelidis pisces fluctibus urit amor.
 Coniuge pro chara depugnant sæpè Leones,
 Pro natis properat Tigris in arma suis.
 Ab quam dulce fuit concessam degere uitam,
 Naturæ series integra quando fuit.
 Tunc tibi uel ferro fuerat frenanda uoluntas,
 Cum tibi dixit, edas, dirus, Adame, Draco,
 Ille tuus morsus propè totum absorbit orbem,
 Cuius adhuc ictus uulnera seua facit.
 At Deus adseruit ius coniugiale duobus,
 Quo premerent meriti tædia longa mali.
 Nam quia non poterat genus hoc extinguere letho,
 Ipse fauens cuius factor et auctor erat:
 Esse scholam uoluit, quæ lapsam exosa pudendum,
 E uenie peteret fonte, salutis open.
 Coniugium humane quædam est Academia uitæ,
 In qua nemo satis se didicisse putet.

DE CONIVGIO.

Sed sapit ille tamen, qui finem nouit & usum,
 Autoremq; Deum discit ubiq; sequi,
 Huic Deus ad latus est, hunc cum consorte tuetur,
 Illius & p̄sum non sinit ire domum.
 Esse Deo curæ socij consortia lecti,
 Inuolucris etiam fabula prisca docet.
 Scilicet hoc homines docuit natura fateri,
 Noscere qui uerum non potuere Deum.
 Namq; olim Halcyoni iunctum Ceica maritum
 Legitima memorant lege fuisse thori.
 Vix alibi exemplum tanti reperitur amoris,
 Coniugij sanctus quo celebretur honos.
 Qua iacet umbroso Trachimia terra sub Oeta,
 Herculea quondam nobilis ora necesse:
 Imperium paruum uir magnus habebat, & omni
 Iusticia & meritis Helladi notus erat.
 Impulerat tristis questum oracula casus,
 Ut peteret uoti Delphica templa reus.
 Non erat è terra notas uia tuta per oras,
 Cum premeret dirus Phocidos arua latro.
 Ad pelagus defertur eques, comes heret eunti
 Vxor, ad Ionias dum penetraret aquas.
 Iussus adornabat deductam nauita puppim,
 Ventus & in uotis iam comitator erat.
 Ut mare conspexit, quo sic ruis? inquit, ab istis
 Te genius reuocat, te quoq; tempus aquis.
 Natus es, ut referas campestri è puluere laudem,
 Fronte coronata dum tibi currit equis.

Natus

DE CONIVGIO.

Natus es è specula patriæ uigilare, tuisq;
 Et laudem in sobolem clarus amoris habes?
 Non ego consilium uoti, non improbo finem,
 Pro te alius Delphos sed uolo missus eat.
 Aspicias ut queruli fugiant ad littora mergi,
 Aëris attractas ut bibat arcus aquas.
 Utq; latrent fracto serales carmine corui,
 In Boream obliquis pugnet ut Auster aquis.
 Vidi etiam nostræ traherent cum pensa puellæ,
 Nocturno ex oleo tristia signa dari.
 Per lachrymas, sanctamq; fidem, per pignora lecti
 Te precor, in patria dum licet urbe manere.
 Ille premens animo curas, & fronte serenans
 Propositum, pietas monstrat id, inquit, iter.
 Cede Deo, præsens recte, Deus astat agenti,
 Hoc duce mens recti conscia robur habet.
 Sic ait, & flenti discedens oscula iungit,
 Atq; aliquas querit non minus ille moras,
 Ire tamen pergit, quoniam uox nautica poscit,
 Pulsa cauis uelis in mare nauis abijt.
 Qua licet illa oculis comitata & mente maritum,
 Ut redeat sospes plurima uota facit.
 Ostia traiectis Eueni euaserat undis,
 Iam nebulosa tenens marmor Echina tuum,
 Cum subito incumbunt pelago Boreasq; Notusq;
 Et dubium nubes eripit atra diem.
 Fit maris & cœli color idem, asperq; procellis
 Africus hinc cumulat, separat inde fretum.

T

Tartara

DE CONIVGIO.

Tartara iam poterant, iam summum attingere coë
 Nox hyemem, noctem seu a minatur hyems (lum,
 Iamq; ruens cumulus tumidarum abruptus aquarum,
 Agmine depressam torquet agente ratem.
 Cum prora rapitur celeri uertigine puppis,
 Nauis & ingessis rupta fatiscit aquis.
 Cum Pede, cum clauo, ratio nil proficit artis,
 Quisq; sibi, clamat querite Rector opem,
 Clamat & excutitur, tum spes accisa salutis,
 In dubio, casum pro ratione petit.
 Quid uitæ non audet amor? pars insilit undis,
 Pars tabulis fractis per mare querit iter.
 Ipse manu Scalnum arripiens Trachinius Heros
 Nabat, & in medijs hæc geminabat aquis:
 Ecce animas, non uos, quibus obtigit unquam,
 Coniugis in dulci fata subire sinu.
 Quod mihi contigerat, si te Neptune cauerem,
 Si monita audirem coniugis ulla meæ.
 Sed uos quacunq; in terra, quocunq; sub axe,
 Exuias aliquo ponitis in tumulo,
 Plura locuturo rapidæ uis densa procellæ,
 Fatali absorptum deprimit umbre caput.
 Interea Halcyone Calydone morata solebat
 Cineta puellari litus adire choro.
 Et numerare dies, reditum quibus ille notari
 Iusserat, & sanctus thura cremare focis.
 Tunc quoq; cum superis gratos adoleret honores,
 Et faceret castas per pia uota preces :

Conspic

DE CONIVGIO.

Conspicit eiectum demersi in littore corpus,
 Heu miseram dixit, quæ tibi nupta fuit.
 Utq; notat faciem, consortem agnoscit, & omni
 Frigidior glacie poplite lapsa cadit.
 Attollunt famulæ uix respirare ualentem,
 Illa diu luctans talia uerba facit:
 Sic dilecte redis coniunx? mea cura, meum cor,
 Dum iuuat & uentos & mare triste sequi?
 At quoniam fati ita uisum est, me quoq; tecum
 Ire simul decuit, claudere fata simul.
 Quid merui infelix, quod te mihi numen ademit?
 An quia cura iaces ipsa superstes ero?
 Non ita, uerum ipsis dicar crudelior undis,
 Si mihi lux sine te, si mihi uita placet.
 Ves nemora & montes, & tu sæuisime Ponte,
 Inq; isto Genius granine si quis adest,
 Audistis gemitus, indefessasq; querelas,
 Quas dedit absenti mens mea mœsta uiro.
 Nunc etiam extremæ fines audite querelæ,
 Non possum ex isto uiua redire loco.
 Tuq; adeo rerum non perscrutable numen,
 Cui meus est casto notus amore pudor,
 Tu quoniam sancto iunxisti foedere amantes,
 Nunc quoq; post uitæ funera, iunge duos.
 Sic ait, & gelidum prolixè amplexa maritum,
 Figit in exanimis oscula multa genas.
 Liquitur admoto lentum uelut igne bitumen,
 Sic amor hinc miseram conficit, inde dolor.

T 2

Desti

DE CONIVGIO.

Destinat è uinis hac ipsa excedere lucta,
 Nec studio auelli, nec ratione potest.
 Quin etiam dubites aliquid sentire cadauer,
 Quod tamen, incertum sit licet, illa putat.
 Non tulit ulterius miserandum numen amorem,
 Binaq; in unanimes corpora matat aues.
 Halcyones nomen retinent, & nota frequentant
 Littora coniugij dulcis imago pij.
 Hæc ita figmento pinxit studiosa uetustas,
 Nunc quoq; quæ poterant pondus habere suum.
 Halcyones socij declarant foedera lecti,
 Et curare Deum uincula casta monent.
 Namq; habitant scopulos, nidos & in æquore ponunt,
 Et seruant casto semper amore fidem.
 Cum terram obliquo perstringit lumine Phoebus,
 Ipsaq; brumali frigore clausa riget,
 Incubat Halcyone septem, totidemq; diebus,
 Et pelagus stratis fluctibus omne filet.
 Hac natura fide præstat uadimonia Ponti,
 Donec abit posito pignore facta parens.
 Sic diuina tegit sincerum gratia lectum,
 Cui dux est pietas, lex & honesta comes.
 Indagare graui multi studuere labore,
 Parta quibus constet uita beata bonis.
 O quibus erratum est ambagibus, inuta cæcos
 Dum malè diuerso semita calle trahit.
 His etenim uirtus homini subiecta uolenti,
 Visa est res numeris undiq; plena suis.

111

DE CONIVGIO.

Illis nescio quæ mentes placata Voluptas,
 Fixa hominum studijs meta tenenda fuit.
 Ah fragiles alas, quibus ipse relinquere rursus
 Icarus Icarij nomina posset aquis.
 Verum ubi consensu laudem spirante, piorum
 Afferitur uero gloria uera, Deo,
 Certus & in solo cœlestis amore parentis,
 Mutua coniungit pectora pacis amor,
 Deniq; ubi iustos recti mens conscia mores
 Et regit, & dextrè munia iussa facit:
 Non absente Deo licet illic esse beatis,
 Hæc sola est ueris prædita uita bonis,
 Hanc neq; Cecropijs Academia nouit in umbris,
 Nec Stoa Zenonis dogmate clara domus.
 Coniugium docuisse potest, quod criminis experts,
 Foederis autorem gaudet habere Deum.
 I nunc, & falsis cœlebs te reprime uotis,
 Et fraudem uigili finge placere Deo.
 Qui tibi rete locas, quod nescis stulte cauere,
 Dignus es inuento damna subire tuo.
 At uacat stimulis animi, & formidine poenæ,
 Qui uitæ sociam connubialis habet.
 Nam uelut humano sociatum in corpore cursum
 Semita cum uena spirituosâ tenet,
 Sanguinis hæc riuos, uitæ uehit illa uigorem,
 Atq; animam socia conditione fouent:
 Legitimo iuncti sic mas & foemina uinclo,
 Utile cognato foedus amore colunt.

T 3 ille

DE CONIVGIO.

Ille operam præstat, quam uitæ postulat usus,
 Mens recti cupiens omne gubernat opus.
 Tædia sed coniunx suavi comes alleuat usu,
 Moribus & dulcem reddit amariciem.
 Tum Deus aspirat foelicia fata duobus,
 Atq; urum æquatis mentibus esse facit.
 Dat sobolem, socij ceu mutua pignora lecti,
 Dulcia foelicis germina coniugij.
 Arca ceu teneris plantata renidet oliuis,
 Atq; oculos opibus pascit amœna suis:
 Sic tenera augustam decorant conuiuia mensam,
 Quam cinctam sobolis garrula turba tenet.
 Fronte hilares alacri spectant sua regna parentes,
 Omnibus & regnis hoc decus anteferunt.
 Interea pacem docti uiolare Tyranni,
 Dum magna ex tenui fomite bella cient,
 Aut pia dum tumidi perturbent templa Sophistæ,
 Quos pietas auro concilianda iuuat:
 Ille domi oblate patiens cum coniuge sortis,
 A causa inuesti gaudet abesse mali.
 Foelix ante alios, si turpi à scenore liber,
 Prædando uetitas querere nescit opes.
 Hoc scelus incautus raptat per tartara mentes,
 Sentinamq; omnis spargit in orbe mali.
 Quod si casu aliquo, communi aut sorte petitus,
 AERumnæ immeritæ cogitur esse capax:
 Fert patienter onus, culpaq; alienus ab omni.
 Quod patitur, curæ scit pius esse Deo.

Parte

DE CONIVGIO.

Parte alia coniunx crescentis prouida prolis
 Res agit, in curas officiosa suas.
 Aut partis habilem conseruat rebus honorem,
 Coniugis aut precibus uota togata iuuat.
 Aut soboli recitat uitæ documenta beatæ,
 Imbuit & ueris corda tenella bonis.
 Quid miseri ignauum nugis traducimus auum?
 Hæc est æterno grata palestra Deo.
 Rectius ille Deo probat omnia facta uidenti,
 Quem recipit socij regula casta thori.
 Cur igitur mersæ terreno in puluere mentes,
 Mandatum æterni non meminere Dei?
 Dum sibi quisq; uiam damnatis somniat ausis,
 Et uitæ affectat liberioris iter.
 Impius infando discurret crimine miles,
 Raptat & ad stygios seq; aliosq; lacus.
 Institor enormes exercet fraude rapinas,
 Prædator uetitas querit auarus opes.
 Noxius exemplo, letho sibi noxius ipsi,
 Dilapidat patrias Helluo turpis opes.
 At fugit, atq; ipso cum crimine deficit ætas,
 Et iacturæ animæ cum leuitate subit.
 Quale fugit spacium nocturni exile tridentis,
 Quo uagus excubias tempore miles agit.
 Floret ut ad radios orti rosa splendida Solis,
 Et moriens flectit sole cadente caput.
 Deniq; ut ex antro fontis de rupe sonantis,
 Riualus in uallem non rediturus abit:

T 4

Prætea

DE CONIVGIO.

Præterit humanæ sic ætas lubrica vitæ,
 Ante Deum est unus longa senectæ dies.
 Quin etiam humanis opera omnia, condita curis,
 Sicut araneoli pendula tela tremunt.
 Omnia dum reputat transactæ tempora vitæ,
 Vel malè, uel temerè, uel nihil egit homo.
 Ergo hæc optandæ ratio est longè optima vitæ,
 Nosse Deum, et studium quod probet ille, sequi.
 Quæ pietas tolerat, quæ non formidet honestas,
 Exercere suo munia quæq; loco.
 Hoc tibi promittit sanctæ coniunctio tædæ
 Chytræe, Aonij candida fûma chori.
 Hoc tibi cœlestis referunt oracula Musæ,
 Parta tibi inuento est uita beata bono.
 Hac fruerè, hac multos fœlix letare per annos,
 Semper eant uotis uel à secunda tuis.
 Viuite fœlices, nec carpite gaudia segnes,
 Carere quæ iusto non prohibente licet.
 Nulla lues odij uestros perturbet amores,
 Nec uiolet castum garrula lingua decus.
 Sed uelut unanimes certant in amore columbæ,
 Coniugij pulchrum simplicis indicium:
 Mutua sic uobis pugnaci gratia cesto,
 Alterna stimulet pectora iuncta fide.
 Obruat inuidiam meritis laus debita uestris,
 Nec dirimat socium cana senectæ thorum.

FINIS.

DEFINITIONES
 MVLTVM APPELL
 LATIONVM, QVARVM IN Ec
 clesia usus est, traditæ à Philippo
 Melanth. Thorgæ & Vuite
 bergæ, Anno 1552.
 & 1553.



DEVS est essentia
 spiritualis, intelli
 gens, æterna, ue
 rax, bona, iusta, mi
 sericors, casta, liber
 rima, immensæ po
 tentiæ & sapientiæ,
 alia à mundi corporibus & creaturis
 omnibus. Pater æternus, qui Filium
 imaginem suam ab æterno genuit, &
 Filius imago Patris coæterna, & Spiri
 tus sanctus, procedens à Patre & Filio,
 sicut patefacta est diuinitas, certo uer
 bo & testimonijs diuinis, quod Pater
 æternus cum Filio & Spiritu sancto
 condiderit & conseruet cœlum & ter
 ram, & omnes creaturas, & adsit om
 nibus creaturis, quod ad conseruatio
 nem attinet, & in genere humano.
 T 5 condia

DEFINITIONES

to ad imaginem suam, & certā obedientiam colligat sibi Ecclesiā, ut ab ea hæc una & uera diuinitas, patefacta certis testimonijs, & per uerbum traditum Prophetis & Apostolis, agnoscatur & colatur, iuxta uerbum illud diuinitus traditum, & damnentur omnes cultus, qui fingunt alios Deos, & hæc uera diuinitas in uita æterna celebretur, & sit iudex bonorum & malorum.

Hæc definitio Dei tantum in Ecclesia nota est, ubi certis testimonijs personæ patefactæ & distinctæ sunt, quæ intuenda est quotidie in inuocatione, & cogitanda sunt testimonia tradita in Baptismo Christi, & nostro Baptismo, & in primo capite Geneseos, & in primo capite Iohannis, & alibi. Vult enim Deus aliquo modo nota esse discrimina personarum, quia uult sciri, Filium esse Mediatorem & uictimam, & non alias personas.

Ethnici tenent definitionem Dei sine agnitione personarum. Est enim naturæ

APPELLATIONVM.

naturæ hominum insita noticia Legis, quæ est euidentis & immotum testimonium, ostendens quod sit Deus, & qualis sit, & quod iudicet. Voluit Deus se ex multis uestigijs agnosci, sicut ex ordine corporum mundi, motuum celestium, perpetua conseruatione specierum, & ipsa distinctione honestorum & turpium in mente hominis, ideo apud Platonem extat hæc definitio: Deus est mens æterna, causa boni in natura. Sed hinc non fit mentio discriminis personarum. Nos igitur in Inuocatione intueamur & teneamus definitionem in Ecclesia patefactam, & supra recitatam.

PERSONA est substantia, indiuidua, intelligens, incommunicabilis, non sustentata in alia natura. Sic loquitur Ecclesia, & uocabulo personæ hoc modo utitur. Græci ὑπόστασις & ἰψιάμενον dixerunt, id est, subsistens. Declarari autem descriptio utcumque potest. Hominis solum corpus non est persona, ut hoc loco loquimur, non solum, quia non est res intelligens, sed

est enim

DEFINITIONES

etiam, quia est quiddam sustentatum ab altero. Nam donec anima adest, uiuit corpus, discedente anima, corpus dissoluitur: Ita in Christo nato ex uirgine, natura humana mirando foedere copulata est, τῷ λόγῳ, ac prorsus natura assumpta in nihilum redigeretur, si non sustentaretur à diuina. In hac consideratione amplissima doctrina continetur. Totum genus humanum extinctum esset, nisi Filius Dei coaeternus aeterno patri massam huius naturae assumpsisset. Seruat igitur propter assumptam massam nos quoque, tanquam suae naturae membra, sicut dicitur: Os ex ossibus ipsius &c.

AETERNVS PATER est prima persona diuinitatis, non nata nec creata, nec procedens ab alia natura, quae ab aeterno Filium genuit imaginem suam, & unà cum Filio & Spiritu sancto suo condidit omnes creaturas, & conseruat earum substantias.

FILIVS aeternus est secunda persona diuinitatis, non creata ex nihilo, sed

APPELLATIONVM.

Io, sed à Patre ab aeterno genita de ipsius substantia, & ὁμοούσιῳ Patri, & est substantialis & integra imago aeterni Patris, quam Pater sese intuens & considerans gignit, quae nobis sic manifestata est, quod sit λόγῳ ac Persona, per quam Pater dicit decretum & totum ordinem creationis & reparationis hominum, & mittitur ut immediatè patefaciat Euangelium, & assumat humanam naturam, & sit Mediator, Redemptor, & Saluator, colligens Ecclesiam in genere humano uoce Euangelij, & resuscitans eam ad uitam aeternam.

SPIRITVS SANC TVS est tertia persona diuinitatis procedens ab aeterno Patre & Filio, & ὁμοούσιῳ eis, & est amor & laetitia substantialis, & mittitur uoce Euangelij in corda credentium, ut sanctificet ea, id est, ut lucem in eis accendat ad intelligendam doctrinam & assensionem confirmet, & efficiat motus congruentes Deo, & excitet inuocationem & laeticiam in Deo acquiescentem.

Lex

DEFINITIONES

LEX DEI, quæ nominatur Lex moralis, est sapientia æterna & immota in Deo, & norma iusticiæ in uoluntate Dei, discernens bona & mala, quæ est patefacta rationali creaturæ in creatione, & postea sæpe repetita & sancita uoce Diuina in Ecclesia, ostendens quòd sit Deus, & qualis sit, & quòd sit iudex, obligans omnes rationales creaturas, ut sint conformes illi normæ Dei, & damnans omnes ac denunciâns horribilem destructionem omnibus, quæ non congruunt ad illam normam Dei, nisi sit facta reconciliatio propter Mediátorem, iuxta dictum: Maledictus qui non manet in omnibus, quæ scripta sunt in Lege. Item; in Psalmo: Non Deus uolens peccatum tu es, Odisti omnes qui operantur iniquitatem &c.

PECCATVM est quicquid pugnat cum Lege Dei. Hæc breuis definitio in Epistola Iohannis tradita est, quæ dextrè intelligatur. Potest autem his uerbis explicari: Peccatum est defectus uel inclinatio, uel actio, pugnans

APPELLATIONVM.

pugnans cum Lege Dei, & ream faciẽs creaturam æternæ fræ, nisi fiat remissio propter Mediátorem.

LIBERVM ARBITRIVM seu Libertas uoluntatis in Deo, est facultas, qua Deus in rectitudine sua potest spontè, sine ulla necessitate uel coactione, creare res & non creare, & uaria opera condere, et res creatas conseruare & abolere, & uariè moderari pro sua sapientia, ita ut tamen à sua rectitudine non discèdat.

LIBERTAS uoluntatis humanæ ante lapsum est facultas, qua poterat Adam in rectitudine qua conditus erat, manere, & obedire Deo, & sine ulla coactione se à Deo auertere.

LIBERTAS uoluntatis humanæ post lapsum, etiam in non renatis, est facultas, qua homo potest regere locomotiuram, id est, imperare externis membris actiones, conuenientes Legi Dei, & non conuenientes, & uarias utriusq; generis. Sed non potest tollere ex mente dubitationes, & ex corde uiciosas inclinationes, sine luce

Euan

DEFINITIONES

Euangelij, & sine spiritu sancto. Cùm autem trahitur à Spiritu sancto, potest obsequi & repugnare. Fit igitur maior libertas, cùm corda renata reguntur spiritu sancto, sicut Paulus inquit: Qui Spiritu Dei ducuntur, hi sunt filij Dei, Ac tunc libertas est facultas, qua homo renatus gubernanti Spiritui sancto potest obtemperare, & non solum regere locomotiuam, sed etiam in corde motus Deo placentes, uerbo Dei & Spiritu sancto accendente, retinere, & resistere uiciosis motibus, & potest sua sponte sine coactione discedere à uerbo Dei, & uelle contraria uerbo Dei, Vt Saul & Dauid, sponte, sua uoluntate, & sine coactione ruunt.

E V A N G E L I V M est prædicatio pœnitentiæ, & promissio quam non nouit ratio naturaliter, sed reuelata diuinitus, in qua Deus affirmat se gratis, non propter ulla nostra merita, aut dignitatem nostram, sed propter obedientiam Filij credentibus in Filium certò remittere peccata, & donare eis imputationem iusticiæ & reconcilia-

APPELLATIONVM.

tionem, in qua Filius Dei uoce Euangelij consolatur & uiuificat corda credentium, & liberat eos à morte æterna, & facit eos templa Dei, dato spiritu sancto, sanctificante eos, & accendente tales motus, qualis est ipse Spiritus sanctus, & donat hæreditatem uitæ æternæ, credentibus q̄ propter ipsum gratis habeant remissionem peccatorum, imputationem iusticiæ, reconciliationem, et hæreditatem uitæ æternæ.

V I R T U S in natura integra est uera conformitas motuum cordis, & omnium uirium cum Deo, sicut se in Lege patefecit, & refertur ad hunc finem principalem, ut Deo præstetur obedientia debita, & ipse celebretur, iuxta dictum: Luceat lux uestra coram hominibus, ut glorificetur pater uester cœlestis. Et quidem est conformitas, quam efficit ipse Deus, cùm est omnia in omnibus, suam lucem in nos spargens, & hæc uerè dicitur Virtus. Nam disciplina in natura deprauata, etiam si adiuuatur Heroicis motibus, ut in Scipione, tamen tantum est qua-

V liscunç

DEFINITIONES

liscunq̄ umbra uirtutis, tegens exter-
nam deformitatem, sicut folium fici tes-
gebat deformitatem in Adam & He-
ua. Est igitur uirtus seu disciplina ras-
tionalis gubernatio locomotiua, iuxta
Legem Dei, quæ in alijs magis, in alijs
minus firma est. Ut firmior est hæc
uirtus in Scipione, q̄ in Alexandro,
et si in utroq̄ sunt Heroici impetus.

IUSTICIA VNIVERSALIS

est obedientia secundum omnes Les-
ges, sicut Aristides nominatur iustus.
Et saepe hoc modo scriptura loquitur
de iusticia legis, cum uult intelligi
uniuersalem obedientiam.

IUSTICIA PARTICVLARIS

est uirtus, reddens suum unicuiq̄.

FIDES est assentiri omni uerbo Dei
nobis tradito, & in hoc promissioni
gratiæ, propter Filium Dei promissæ,
quo assensu apprehenditur promissio
remissionis peccatorum & reconcilia-
tionis, & est fiducia acquiescens in
Deo propter Mediatorem, qua in ue-
ris pauoribus erigimur, & sentimus
uitam

APPELLATIONVM.

uitam & læticiam in Deo, & accedi-
mus ad Deum, & inuocamus eum ago-
nita eius misericordia & præsentia,
clamantes Abba pater, sicut dicitur:
Iustificati fide pacem habemus. Item:
Omnis qui credit in eum non confun-
detur; Hæc est uera definitio Fidei, de
qua Paulus loquitur, cum ait: Fide ius-
tificamur. Et comprehendit Paulus
simul in potentia cogitante noticiam
& assensum, & in uoluntate fiduciam.
Sciendum est autem, noticias esse ap-
prehensiuas. Fiduciam uerò in corde
& uoluntate esse motum, quo acquies-
cimus in obiecto apprehenso. Ita uete-
res dixerunt: Fidem esse uirtutem ap-
prehensiuam, quia format imagines, in-
tuens obiectum. Sed alia est fidei defi-
nitio, cum de sola noticia historiae dici-
tur, qualis est in impijs, quæ est nosse
historiam, & ei assentiri. Hæc non est
integra fides, sed mutila, quia non as-
sentitur promissioni diuinæ, ad te per-
tinenti. Credunt Diaboli & Iudas,
promissionem reconciliationis alijs
offerri, sed non sibi, Non igitur cre-
dunt

DEFINITIONES

dunt omnes articulos fidei, sed abijciunt articulum: Credo remissionem peccatorum, scilicet mihi quoque promissam esse.

DILECTIO est obedientia secundum omnia praecepta Dei, cum fide & fiducia misericordiae propter mediatorem promissae, & laetitia in Deo. Nam I. Iohan. 5. dicitur: Haec est dilectio Dei, mandata eius seruire. Nec mihi displicet, huc accommodari dictum: Deus est dilectio, id est, Deus est summè diligens nos propter filium, tali ordine, qualem ipsius sapientia sanxit, & in nobis efficit talem dilectionem & ordinem, qualis in ipso est. Sed tamen oportet discerni creatorem Deum & creaturas, ut, Deum in Angelo efficientem sapientiam et dilectionem, quae sunt lux à Deo creata & accensa.

SPE est certa expectatio uitae aeternae propter Mediatorem gratis danda, & est expectatio mitigationis calamitatum in hac uita, iuxta consilium Dei.

Ac

APPELLATIONVM.

Ac obseruanda est differentia inter Fidem & Spem. Fides agnoscit, uult & accipit remissionem & reconciliationem in praesentia, cum corda uiuificatur per filium Dei in paucis, quem fide intuentur. Spes est uelle futuram liberationem, quae nondum ad est, & acquiescere oblato futuro bono. Non enim acquiescit uoluntas, nisi bono aliquo monstrato, seu praesenti uel futuro. Usitatum est has tres nomina re uirtutes Theologicas, Fidem, Spem, & Dilectionem. Sed sunt aliae multae in singulis necessariae, quae tamen ad has referri possunt.

PATIENTIA est uelle obedire Deo in tolerandis aduersis, quae iubet ferre, & nihil propter dolorem facere contra eius mandata, non deficere ab ipso, non ruere in desperationem & odium ipsius, non iniuste laedere homines propter dolorem, simul etiam in calamitate retinere fidem & spem auxilij diuini, & in hac Fide et spe sentire mitigationem doloris, sicut Paulus inquit: Pax Dei gubernet corda uestra.

V 3 tra.

DEFINITIONES

fra. Et Esaias: In silentio & spe fortitudo uestra.

GLORIA est approbatio conscientiae recte iudicantis, & aliorum recte iudicantium. De hac gloria dicitur. 2. Corinth. 2. Hæc est gloriatio nostra, testimonium conscientiae nostrae. Et Galat. 6. Opus suum probet unusquisque, & tunc gloriam habebit apud sese, & non apud alios, id est: Unusquisque recte faciat officia uocationis suae, quod cum facit, habebit apud se gloriam, id est, approbationem non falsam conscientiae non saucia, nec uolet iniustus modis colligere existimationem errore aliorum, uidelicet stulto, applausu errantium, aut obrectatione, Vt Fabius recte faciens gloriam, id est, non falsam approbationem suae conscientiae habet, etiamsi displicet multitudini. Hæc uera approbatio conscientiae est res bona & expetenda, quia est ueritas, non mendacium. Et Deus uult nos in iudicando ueraces esse, ut Ioseph debet affirmare, se non attigisse coniugem Domini, Scipio debet tenere discrimen

APPELLATIONVM.

re discrimen honestorum & turpium, & cum turpiter fecit, debet improbare factum, & improbationem ordine diuinitus etiam naturae insito sequitur dolor in corde. Rursus cum recte fecit, debet agnoscere, recte factum esse, & honeste factum discernere a contrario. Sequitur autem approbationem recte iudicantem læticia in corde. Hæc sapientissimis consilijs Dei sic ordinata sunt, ut homo intelligat discrimen honestorum & turpium, et deinde discernat Deum ab alijs naturis, & agnoscat peccata, & regat mores. Ideo Salomon dixit: Melius est nomen bonum quam diuitiae magna. Est igitur gloria iuxta hanc ueram definitionem, res bona & appetenda. Et dictum Augustini sit notum: Bona conscientia mihi opus est propter Deum, bona fama propter proximum.

Diligenter autem considerandum est, quod in definitione mentio fit recti iudicij. Hic multa comprehenduntur. Alexander non recte iudicat, cogitans se tantas uictorias habere suis uirtutibus,

DEFINITIONES

bus, & non rectè Deum inuocans, nec gratitudinem Deo ostendens, sed propter successus sumens sibi licentiam omnium scelerum, & inuistè alios opprimens &c. errat iudicio, & plus sibi tribuit, quàm debebat. Thrasonis uanitas melius conspici potest, quia non rectè iudicat, quia palàm mentitur, prædicans de se falsa. Sed Ioseph rectè iudicat, seruat enim ordinem, scit personam iustam esse per misericordiam propter promissum dominum. Deinde scit in hoc periculo & in his illecebris cor suum à Deo confirmatum esse, & agnoscit, Deum esse fontem huius boni, & ei gratias agit: Postea affirmat quod res est, se non esse adulterum. Sic Iob rectè iudicat, cum ait, se iustum gubernatorem fuisse.

Expressè autem utranq; propositionem recitat, ait se non esse iustum coram Deo, & rursus inquit, se iustum esse, & iustè fecisse. Non est iusta persona propter proprias uirtutes, sed propter Redemptorem, quem nominat. Deinde in reconciliato placet obedientia. Hinc

APPELLATIONVM.

Hinc sumatur & dicti explicatio: Qui gloriatur, in Domino gloriatur, scilicet de iustificatione, sicut ibi paulus loquitur: Quanquam & generaliter uerè ita dicitur, quoties de principalibus causis bonarum rerum cogitatur. Ut, Ioseph scit se à Deo adiutum esse in tuenda castitate. David scit se adiutum esse, cum interfecit Goliath, & tamen de effectu uerè affirmat Ioseph, se non esse adulterum. Hæc integritas conscientie est aliqua gloria, & res bona. Quare & tranquillitas cordis eam sequitur ordine diuino.

TIMOR est affectus, qui sensu percipitur in corde, & est fuga uenientis mali cum dolore cordis, quod ita conditum est, ut uel læticia sit incolumis, uel dolore compressum destruat, quia uoluit Deus his diuersis affectibus in creatura rationali ostendere suum iudicium, quod seruet obediens, et destruat contumaces, et uult ipsos affectus executores esse huius sui iudicij, quia Lex sine executione esset inanis sonitus. Hæc primum in

V 5 genere

DEFINITIONES

genere de timore considerentur, ut uocabulo timoris sciant iuniores significari non ociosam cogitationem, sed acres motus, qui in corde percipiuntur.

TIMOR SERVILIS est expauescere sensu iræ Dei et poenarum sine fide, et in hoc horrendo dolore fugere Deum, sicut fugiunt Saul, Iudas, & similes.

TIMOR FILIALIS in hominibus in hac uita, est timor coniunctus cum fide, id est, est in uero dolore erigitione misericordiæ Dei propter Filium promissæ, & uera inuocatione ad Deum accedere, quod cum fit, subijcit se cor Deo uera reuerentia, & non uult eum offendere. De hoc timore dicitur: Timor Domini initium sapientiæ. Item: Ecclesiastici ultimo: Deum time, & mandata eius obserua. Hæc sit regula omnibus hominibus. In talibus dictis plurimis, Timor significat prorsus idem, quod uerus & non simulatus cultus Dei, & intelligatur hic cultus seu timor de uniuersali obedientia. Hæc

APPELLATIONVM

Hæc simplex declaratio nominis necessaria est ad multorum dictorum explicationem. In Epistola Iohannis dicitur: Perfecta Dilectio foras pellit timorem: Hic de timore seruili dicitur, quo cor horribili dolore fugit Deum, ut experientia ostendit in omnibus hominibus esse trepidationes. Sed cum accedunt, Fides & Dilectio, id est, læticia in Deo, accedimus ad Deum, non fugimus. Ita pellitur seruilis timor, & oritur uera reuerentia, subijciens cor Deo.

CONSCIENTIA est Syllogismus practicus in intellectu, in quo maior propositio est Lex DEI, seu quodcumq; uerbum Dei, nobis aliquid præcipiens. Minor uero & conclusio sunt applicatio approbans rectè facta, uel condemnans delictum, quam approbationem in corde sequitur læticia, et condemnationem dolor naturali ordine, sancito à Deo, qui uult in creatura rationali hanc noticiam sui iudicij esse, & executionem accedere, ut sit testimo

DEFINITIONES

testimonium de ipso, ostendens esse Deum, & præcipere iusta, & prohibere iniusta, & punire. Vtitur autem Deus hoc ipso iudicio in nobis in puniendo, & suo tempore hos pauores auget, sicut dicitur: Deus ignis consumens est. Item: Lex occidit. Erant in Dauide statim condemnatio sceleris, & aliquis dolor, sed adhuc languidior. Sed in obiurgatione Nathan Deus ipse auxit hunc dolorē, feriens cor eius sensu iræ. Debebat cor humanum congruere cum Lege, etiam ante Delictum, sed tunc saepe est contumax. Reliquit autem Deus hoc iudicium post delictum, quia Deus in hoc dolore uult se conspici, ac sciri esse Deum, iusta præcipientem, & punientem iniusta. Hoc consilium Dei & testimonium de Deo saepe cogitandum est. Hoc iudicium nominat Paulus ad Colossenses, Chirographum contra nos scriptum lege, id est, Syllogismus, in quo Lex & quodcumque uerbum Dei nobis aliquid præcipientis, est maior applicatio ad nos sunt, minor & conclusio, qua horribiliter

APPELLATIONVM.

liter cōdemnamur nostro testimonio. Huc multa dicta scriptorū pertinent: *Conscia mens ut cuique sua est, ita concipit intra Pectora pro meritis spemque metumque suis.*

LIBERTAS in Deo est potestas res creare, & non creare, et cum sit immutabiliter bonus, potesse dare bona & potesse non dare, conseruare naturam, aut non conseruare, agere per creaturas secundum naturæ ordinem, quem instituit, aut naturæ ordinem, moderari aut mutare, ac immediatè agere sine creaturis. Ita præest naturæ ut agens liberrimum, iuxta dictum Psalmi: Omnia quæcumque uoluit fecit.

VERA VIRTUS in Angelis & hominibus est motus diuinus, congruens cum Lege Dei, qui motus ascenditur à Deo, ut castitas in Ioseph, fortitudo in Dauide, iuxta dicta: Deus est qui efficit in uobis ut uelitis, & perficiatis, ut fiant aliqua ipsi grata. Et. 1. Corinth. 2. Diuisiones donorum sunt, idem autem Spiritus.

OPERA Legis sunt cogitationes humanæ, & imperia uoluntatis ciuentis

locomos

DEFINITIONES

locomotiuam, ut externæ actiones congruant cum Lege DEI, Hunc qualem cunq; conatum in homine uocant Philosophi Virtutem.

IUSTICIA VNIVERSALIS significat idem quod uirtus, et est congruentia cum tota Lege, seu est congruentia cum Deo. Idem est enim dicere, congruere cum Deo, & congruere cum Lege Dei, quia Deus talis est, sicut se in Lege describit.

IUSTICIA PARTICVLARIS est uirtus suum cuiq; tribuens. Hanc definitionem Plato accepit à Simonide. Apud Clementem extat definitio composita ex uniuersali et particulari: *δικαιοσύνη ἔστι κοινωνία θεῶν μετὰ ἰσότητος*. Apparet autem autores uoluisse in priore membro complecti motus accensos à Spiritu sancto erga Deum, deinde officia erga proximos. Intelligatur autem æqualitas ordinata.

NOTICIAE sunt actiones mentis & cerebri, quibus formantur imagines, quæ sunt lumen, quo res monstrantur,

APPELLATIONVM.

strantur, ut Iulius cogitans Pompeium absentem, ea ipsa cogitatione format imaginem eius. Hoc ita fieri manifestum est, quomodo fiat, nondum scimus, sed in illa æterna Academia discemus. Interea consideremus hoc mirandum opus Dei in hominibus, et discamus, hanc formationem imaginum nobis inditam esse, ut aliquo modo cogitemus, Filium Dei esse imaginem æterni patris, cogitatione genitam, ut inquit Epistola ad Ebræos: *Filius est χαρακτήρ τοῦ θεοῦ ὑποσάσεως αὐτοῦ*.

Fiunt autem illustriores Noticiæ, quando Deus ipse hoc lumen accendit uidelicet, quando filius Dei ipse dicit consolationem in mentibus nostris, & ostendit Patrem uoce Euangelij, ut fit in uera consolatione. Ita scriptum est ad Ebræos cap. 4. Sermo Dei uiuus & efficax, & penetrantior omni gladio, penetrans artus & medullas, iudicans cogitationes cordiū &c. Et cum Filius dicit consolationē in mentibus, simul effundit Spiritum sanctum in corda, qui nouos motus accendit, qualis ipse

DEFINITIONES

ipse est, & miscetur spiritibus vitalibus, sitque illustrior noticia, congruentibus motibus cordis. Est igitur sapientia generaliter, noticia uera illustris aut mediocris, agnoscens res, quas Deus uult aspici & considerari, sicut Deut. 4. dicitur: Hæc est sapientia uestra, audire præcepta Dei.

FIDES est assentiri omni uerbo Dei nobis tradito, atq; ita & promissio ni gratiæ: & est fiducia in uoluntate & corde acquiescens in Deo, propter Mediatorem, accensa per uerbum Dei, & Spiritum sanctum, qua cor in sensu iræ Dei agnita misericordia Dei reuiuiscit & lætatur in Deo, & accedit ad eum, & inuocat eum, clamans Abba pater, iuxta dicta Rom. 5. Iustificati fide pacem habemus. Item Roma. 8. Clamamus Abba pater.

SPE est certa expectatio uitæ æternæ propter Mediatorem gratis dandæ, & est expectatio mitigationis seu liberationis præsentium calamitatum, iuxta consilium Dei, iuxta dictum 1. Petri: 1. Perfectè sperare uitam æternæ

APPELLATIONVM.

æternam. Intelligentes autem perfectè pro hac phrasi, sine simulatione.

DILECTIO Dei est obedientia uniuersalis iuxta omnia mandata propter Deum, & coniuncta cum uera læticia in Deo, iuxta dictum 1. Ioh. 5. Hæc est dilectio Dei, seruare mandata Dei.

PATIENTIA Philosophica est obedire rationi in perferendis aduersis quæ ratio iubet ferre, & non frangi dolore, ut contra aliquam uirtutem faciamus, ut Cato facit contra iusticiam sese interficiens.

PATIENTIA Christiana est obedire Deo in perferendis aduersis, quæ Deus iubet ferre, nec frangi dolore, ut contra aliquod mandatum Dei faciamus, & est lenire dolorem agnitione uoluntatis Dei, & Spiritu sancto, qui est læticia in Deo, & spem retinere liberationis aut mitigationis, & petere à Deo liberationem & mitigationem, iuxta dictum: Psalmi 36. Subditus esto Deo, & ora eum. Item: Expecta Dominum, & custodi uiam eius.

X

Cultus

DEFINITIONES

CULTVS Dei est opus à Deo mandatum, factum fide, agnoscente Filium Dei, & fiducia ipsius, cuius operis finis principalis mediatus uel immediatus est, ut Deo honos praestetur, id est, ut hac obedientia testimonium ostendatur, hunc uerè esse Deum, quem sic colimus.

TIMOR Dei est uerè expauescere agnitione iræ Dei aduersus peccatum: Fit autem Timor filialis, cum accedit Fides, qua cor erigitur consolatione, & fit talis timor qui est sine odio Dei, & uult ei reuerenter obedire, & eum non offendere. Hoc modo Timor Dei significat totum cultum, ut Beati omnes qui timent Dominum.

TIMOR seruilis est timor & dolor sine fide, & est fremitus aduersus Deum, & horribilis fuga, qualis est in Saule & Iuda. De hoc timore dicitur: Perfecta, id est, non simulata dilectio foras pellit timorem.

IURAMENTVM est inuocatio Dei, qua petimus, ut Deus sit testis de nostro animo, quod non uelimus fallere

APPELLATIONVM.

lere homines ea de re, de qua asseruimus, et simul petimus, ut Deus sit iudex, si fefellerimus, quam inuocationem Deus sanxit, ut sit uinculum ueritatis inter homines, & se obligat ad tuendum hoc uinculum, uidelicet, ut seruantibus beneficiat, & non seruantes sine ulla dubitatione puniat. Quia uult intelligi ueritatem, ut sciamus & esse ipsum, & esse ueracem.

VERITAS interdum noticiam seu doctrinam ueram, seu sermonem uerum significat. Ibi est congruentia sermonis cum rebus. Vt cum cogito aut dico, niuem candidam esse. Interdum significat uirtutem, quæ posset nominari Veracitas. Est autem uirtus, quæ amplectitur, amat & constanter retinet ueras noticias, ueram doctrinam, & ueros sermones, & abhorret à mendacijs & Sophistica, & eicit ut congruant dicta seu promissa & facta, & ut sermo ac gestus congruant cum animo. Vult autem ~~Deus~~ intelligi ueritatem, ut sciamus & esse ipsum, & ueracem esse, & uult nos acquiescere in

DEFINITIONES.

ueris noticijs propter ipsum, & propter utilitatem uitæ, ideo inquit: Non dicas falsum testimonium. Item: Sit sermo uester, est, est, non, non, &c. Si enim concederetur infinita petulantia, & uanitas disputationum, qualis fuit Pyrrhonorum, uocaretur etiam in dubium, an sit Deus.

Demosthenes dixit: Duabus rebus homines fieri similes Deo; Veritate & Beneficentia. Et sit in conspectu dictum Zachariæ: Diligite ueritatem & pacem.

SUPERSTITIO est obseruatio certi gestus, aut tribuere effectum gratiæ, aut mutationis naturalis rei, aut gestui sine mandato diuino, aut sine caulis phycis. Hic non dicitur de politicis gestibus, qui sunt significationes sine superstitione, ut cum Regi imponitur Corona, non fit naturalis mutatio, sed fit significatio ad commonefaciendos alios de distinctione ordinum, & de officijs &c.

ECCLESIA uisibilis est cœtus uisibilis hominum amplectentium incorp

APPELLATIONVM.

incorruptam Euangelij doctrinam, & rectè utentium Sacramentis, in quo cœtu filius Dei est efficax per ministerium Euangelij, & multos regenerat ad uitam æternam, quanquam sunt in eo cœtu & alij multi non sancti, sed tamen de doctrina & externa professione consentientes. Hæc est simplicissima definitio uisibilis Ecclesiæ.

REGNUM Christi, est filium Dei instituere & conseruare ministerium Euangelij, colligere Ecclesiam, & uerè efficacem esse in credentibus, eos uiuificare uoce Euangelij, et sanctificare Spiritu sancto ad uitam æternam, defendere eos contra tyrannidem Diabolorum, & organa Diabolorum, & postea resuscitare Sanctos ad uitam æternam, & tradere regnum patri, id est adducere æternam Ecclesiam ad æternum Patrem coram, ut postea regnet in eis diuinitas palam, non per ministerium Euangelij. Donec enim adhuc per ministerium Euangelij colligitur Ecclesia, dicitur hoc regnum Christi in hac uita, quia Filius, qui est $\alpha\omega\omega$, profert

DEFINITIONES

profert Euangelium ex sinu æterni Patris, et Pater agnoscitur, cum in ipsa consolatione agnoscimus, nos ab æterno Patre recipi, monstrato uoce Euangelij, & tamen filij regnum est æternum, quia in tota æternitate simul cum Patre & Spiritu sancto regnat, & manet caput Ecclesiæ.

MINISTER Euangelij est persona ordinata à Deo mediata uel immediata ad docendum Euangelium, et ad Sacramentorum administrationem & ad puniendum uerbo, non uero corporali.

MAGISTRATVS Politicus est persona, à Deo ordinata mediata uel immediata, ut sit uox & executor legis diuinæ in externa disciplina, & aliarum honestarum legum, & sit custos pacis, ac reprimat & puniat contumaces uero corporali, bellis & supplicijs aut nece corporum. Ad hanc executionem opus est præsidij & sumptibus, ideo imperia oportet instructa esse satellitijs, qualia non habet minister Euangelij.

DE

APPELLATIONVM.

DEFENSIO legitima, est certo modo reprimere uiolentiam notoriam sicut Leges ordinarunt. Ut cum uiaior in præsentis periculo reprimat latronem. Sic licet reprimere Magistratum in præsentis periculo, rapientem filiam aut coniugem alterius. Aliud autem est defensio in præsentis periculo, aliud poena post atrox scelus, ubi etiam aliquando magnitudo iusti doloris excusat parentes, qui atrocissima scelera puniunt, ut Harpagus & ciuis Vicentinus, cui Tyrannus eripuerat filiam, & stupratam postea remisit dissectam in quatuor partes.

BELLVM est aut legitima defensio, aut legitima poena, suscepta ab ordinaria potestate, propter iustam causam.

SEDITIO est motus subditorum, qui inuadunt armis Magistratum, à quo non sunt affecti notorij iniurijs, & quando non seruetur modus defensionis, sed rapitur dominatio.

ΣΤΟΡΗ est motus cordi humano insinus diuinitus, congruens cum Lege

X 4 Dei

DEFINITIONES.

Dei, ut amor erga parentes, natos, conjugem, fratres & bene meritos.

NEMESIS seu Zelus, id est, indignatio contra atrocem iniusticiam aut turpitudinem. Sunt autem ^{sapientia} diuinitus insitæ hominibus, ut sint commonefactiones de Deo, qualis sit &c.

GRATITVDO est uirtus complectens ueritatem & iusticiam. Veritatem, quia Deus uult nos agnoscere & fateri, unde beneficia accepta sint. Iusticiam uerò, quia obligat nos ad mutuam beneuolentiam, & ad alia certa officia.

AFFECTVS sunt motus cordis, laxationes uel compressiones, sequentes noticiam, prosequentes aut fugientes obiecta, qui cum aut lædant naturam, aut delectent, semper committuntur extremi affectus, dolor læsa natura, seu suauitas, id est, læticia acquiescens in obiecto. Hi duo sunt ultimi affectus, quia Deus uult discerni honesta, et turpia, ideo cor sic condidit, ut sit tanquam uindex, et dolor destruat hominem.

PELATIONVM.

minem propter turpia, et læticia sit uita, quæ debet habere honesta obiecta, ut congruant cum Deo.

Est autem DOLOR seu Tristitia in corde, fuga obiecti contrarij, quo læditur, & est sensus destructio nis, cum cor uelut fugiens constringitur, seu comprimatur. Et in hac compressione torrefit, & sanguis & spiritus uelut incendio absumuntur, & languescunt omnes actiones cordis, donec uita prorsus extinguitur. Alibi dolor in alijs membris est tantum sensus læsionis neruorum, qui sic conditi sunt, ut percipiant suaves & insuaves motiones. Nec alia causa quærenda est, nisi quia Deus uoluit nobis discrimina conseruationis & destructio nis nota esse, & uoluit, ut naturæ iustæ bene sit, & iniusta destruat.

LAETICIA est suavis motus in corde, & uelut laxatio, in qua sanguis fouetur, ac copiosæ ac lucidæ flammæ spirituum gignuntur, quibus totum corpus fouetur. Ex his inijs. cæ-

DEFINITIONES

teri affectus ut eunq̄ describi possunt,
quia pleriq̄ sunt compositi, seu mixti.
Vt:

IRA est dolor cordis fugientis ob-
iectum contrarium, & simul cupiditas
depulsionis. Fit autem compressi-
one dolor, Quare sanguis affluit, ut
cordi opemferat. Sed cupiditas de-
pulsionis fit laxatione, in qua cor effun-
dit sanguinem & spiritus in extrema
membra, & tanquam armat ea, & us-
troq̄ motu crescente, fit incendium
cordis & spirituum. Hinc sunt des-
criptiones:

Ora tument ira, nigrescunt sanguine uene,

Diraq; Gorgonio lumina felle micant.

ODIUM est continuata ira, tan-
quam perpetuum incendium seu flam-
ma in corde.

AMOR est compositus ex læticia
& ex attractione rei placentis, Fitq̄
dilatatio cordis uelut amplexu attra-
hentis rem placentem, ut res placens
fiat unum quiddā in corde, ut dicitur:

σώματα μὲν δ' ἑο, ψυχὴ δὲ μία.

MANSVETUDO est uirtus
moderatrix iræ, nisi ubi Lex Dei iubet
irasci & punire.

Vicia

APPELLATIONVM.

Vicina uirtus est **NEMESIS** seu
zelus, quæ est irasci & punire iuxta
mandata Dei. Vt Phinees iratus pro-
pter gloriam Dei, interfecit acceden-
tem ad peregrinam mulierem. Nec res-
ctè dicunt Stoici: Pœnam exequen-
dam esse sine ira, Quia uult Deus etiã
corda terè commoueri, ideo tales mo-
tus indidit hominibus, & Spiritus san-
ctus ipse ciet eos in sanctis, iuxta di-
ctum: Zelus domus tuæ comedit me.

MISERICORDIA est uirtus,
qua dolemus in calamitate iustorum,
aut propter probabilem rationem in
calamitate iusta, eorum qui tamen ero-
rore aut imbecillitate lapsi sunt, & le-
nire miseriam studemus.

AMICITIA est iusticia, in qua
pro beneuolentia orta ex causis hone-
stis reddimus beneuolentiam, & obli-
gati sumus ad mutua officia honesta &
possibilia.

EPIIKIA est uirtus leniens se-
ueritatem stricti iuris propter proba-
bilem rationem, quia uidelicet in cir-
cumstantia est mitigationis causa, ut
cū

DEFINITIONES

cum Thrasybulus Atticus sancit, ne reducti ciues ereptas possessiones repetant, quia repetitio nouum bellum ac censura erat. Sic Paulus inquit Philip. 4. *Επιχία* uestra nota sit omnibus hominibus. Vult enim in Christianis eminare bonitatem, condonantem multas priuatas offensiones tranquillitati publicæ, sicut & Dominus inquit: Remittite & remittetur uobis. Et notum sint dulcissimi uersus Nazianzeni:

Εἰδὸς οἰκίας ὀφθαλμῶν, καὶ πρόχρηστος τὸ πρῶτον, οἰκίῳ γὰρ οἰκίῳ, τῷ θεῷ σαθμίζετα.

Est autem maximè illustris *Επιχία*, quam Deus in Euangelio patefacit, recipiens inchoatam obedientiam propter Filium, et quali dispensans de lege sua.

Vicinæ uirtutes sunt, seuera iusticia & *ἐπιχία*, sicut Liberalitas et Parsimonia. Item: Sicut mansuetudo & Nemelis. Item sicut Veritas et candor. Est enim Candor uirtus, in quacunq; interpretatione, non solum non deprauans rectè dicta calumnijs, sed etiam flectens ambigua ad meliorem sententiam.

APPELLATIONVM.

tiam, Et præceptum est de Candore: Nolite iudicare ne iudicemini &c.

FORTITUDO est uirtus ac firmitas cordis, perserens dolores ac pericula, tum in sustinendo, tum in depellendo, iuxta legem Dei, quæ offendit, quæ sint sustinenda, & ubi sit utendum depulsione. Hæc firmitas cordis, ut in Dauide sustinente iniurias, aut pugnante cum Goliath, est motus diuinus, & uniuersaliter heroica fortitudo, ut in Achille, motus diuinus est, nec assumitur humanâ cogitatione, quia est in corde, non tantum est quâsuscunq; gubernatio locomotiue in externo gestu, sicut uulgaris fortitudo.

GLORIA usitatè dicta de gloria hominis, est approbatio conscientie nostræ rectè iudicantis, et aliorum rectè iudicantium. De hac gloria Paulus inquit: Exploret unusquisq; suum opus & sic gloriam habebit in seipso, & non ab alio, Id est, si rectè feceris ea quæ sunt tui officij, habebis approbationem conscientie, quæ affert tranquillitatem,

& non

DEFINITIONES

& non quares gloriam obtreclatione aliorum, uel populari applausu.

SUPERBIA conflata est ex multis uicijs. Est enim errore iudicij non agnoscentis propriam infirmitatem, esse securum & sine timore DEI, & sibi tribuere maiora uiribus, & fiducia sui extra metas uocationis maiora appetere, & alios despiciere ac premere, irasci Deo & hominibus, cum hic cursus impeditur. Vt Antonius uelut ebrius sese aspiciens, admiratur suam uirtutem & potentiam, & se dignum esse iudicat, qui solus teneat imperium, ideo omissa uocatione appetit monarchiam. De hoc malo dicit Salomon capite 16. Prouerbior: Abominatio coram Deo omne cor superbum. Item: Deus superbis resistit, uidelicet, quia multa peccata in eis concurrunt, cor est sine timore Dei, & effertur fiducia suarum uirium, turbat uocationes, & fremit aduersus Deum, cum impeditur cupiditas. Dignum memoria est et Herodoti dictum: Solet Deus omnia sublimia humiliare uel mutilare

Humil

APPELLATIONVM.

HVMILITAS seu ταπεινοφροσυνη est uirtus ex multis composita. Est enim in agnitione propriae infirmitatis uerè timere Deum, & fiducia auxiliij diuini seruire uocationi, nec erumpere, nec maiora appetere, & agnoscere gubernationem Dei opus esse, qui etiam imbecilliores potest facere salutaria organa. Ideo & iusticia est, tribuens suum cuique locum, non despiciens alios, nec impediens, & non fremens aduersus Deum in poenis, sed tribuens Deo laudem iusticiae, sicut Daniel inquit: Tibi Domine iusticia &c. Talis fuit Ionathas, intelligens regni molem non sustineri posse humanis uiribus, & praesertim in populo Dei non esse foelicem Regem, nisi diuinitus datum. Ideo non appetiuit regnum, sed Dauidi celsit, & postea in calamitate Deo patienter obediuit. De talibus dicitur: Humilibus dat gratiam.

MODESTIA est uirtus seruans conuenientiam, secundum rectum iudicium in opinione de nobis, in sermone & in gestu. Per

DEFINITIONES

PERSONARVM acceptio est æqualibus inæqualia, aut inæqualibus æqualia dare, & sic Ebraica phrasi dicitur respectus non principalis negotij, sed circumstantiæ in persona, ut cum Iudex pauperem mœchum puniit, & mœcho diuiti parcit, iuxta dictum: Dat ueniam coruis, uexat census columbas. Et cum debitum inæqualiter hoc modo distribuitur, pugnat acceptio personarum cum iusticia distributua, qua uult Deus discerni honesta & inhonesta, sicut scriptum est Ro. 13. Magistratus sit terrori malo operi, & honoris bono. Hunc ordinem sanxit Deus ut agnoscamus qualis sit ipse, uis delicti iustus, & puniens iniusta.

CASTITAS est uirtus, quæ uitat omnes commixtiones & effusiones seminis prohibitas lege Dei.

CONIUGIUM est legitima & indissolubilis coniunctio unius maris & unius feminae, ordinata à Deo ad procreationem, & ad uitandas uagas libidinet. iuxta dictum: Erunt duo in carne

APPELLATIONVM,

in carnem unam, id est, inseparabiliter iuncti. Et cum dicitur Legitima coniunctio, comprehenduntur Leges de gradibus cognationum diuinitus traditæ, & aliæ honestæ leges. Nam commixtio cum cognatis prohibita lege diuina dicitur incesta, id est, ad quam non potest accedere coniugalis sollemnitas, in qua sponsa erat ornata cingulo, quod nominabatur *kesos*, inde incesta consuetudo dicitur, quasi sine cesto, id est, sine legibus coniugij.

SEDLITAS est uirtus, qua iuxta mandata Dei diligenter facimus labores proprios & necessarios uocationis nostræ, & intra metas uocationis nos cohercemus. De hac uirtute, uidelicet de tuenda uocatione & diligentia in laboribus, expressè præcipit Paulus 1. Thes. 4. Adhortamur ut excellatis magis, et in hoc ambitiosi sitis, ut sitis quieti, et propria faciatis. Et Rom. 12. dicitur de diligentia: Qui præest sit diligens. Et in 9. cap. Ecclesiastæ: Quicquid inuenit manus tua ad faciendum, ualidè facito. Et cap. 11. Mane & uespere

DEFINITIONES

pere seminato semen tuum. Item: Mito
te panem tuum in aquas transeuntes,
quia post tempora multa inuenies, id
est, doceas, iuues communem statum
tuis laboribus, etiam si apud multos uis
detur inutilis labor, ut si panem sparge
res in aquas, erunt tamen aliqui quibus
tui labores profuturi sunt: Sicut
& Paulus nos consolatur, inquit: Non est
irritus labor uester. Extrema
uiciosa sunt, Ignauia et πολυπραγμοσύνη,
quæ aut in uocatione facit multa παρέρ-
γα, & omittit necessaria, aut erumpit
extra uocationem, ut ardeliones, ac alij
ambitione, alij stulta imitatione seu
κοκορηλία peccant, ut quia Macabæus
foeliciter liberauerat populum, multi
uoluerunt esse imitatores, qui tamen
erant infœlices, quia nec uocati erant,
nec diuinitus excitati. Sic fuerunt in-
fœlices imitatores Themistoclis, Peris-
cles & Demosthenes, ac de talibus di-
ctum Polibij dignum est memoria:
πολλοὶ τὰ μὲν ἔργα τῶν ἐπιτυχόντων οὐ
παρῶνται μιμῆσθαι, multi opera floren-
tissimorum hominum non student
imitari,

APPELLATIONVM.

imitari, τὰ δὲ παρέργα φιλοῦντες ἐκθεατίζου-
σι τὴν ἐπιτυχῶν ἀκροασιὰν. Sed imitantes pa-
terga, producunt in theatrum suam
summam inscitiam.

FVRTVM est occupare uel au-
ferre rem alienam inuito Domino.

PROPRIETAS est domini-
um rei, iustis modis acquisitum, quo
dominus, & non alius, ius habet de ea
re disponendi suo arbitrio, nisi quan-
tum lege aut pacto prohibetur.

DOMINIUM est ius, id est facul-
tas ordinata lege diuina uel humana,
qua rem tenet Dominus, & non alius
& de ea re disponit suo arbitrio, nisi
quantum lege aut pacto prohibetur.

Sanxit autem distinctionem domi-
norum ipsa uox præcepti, Non fur-
tum facies. Ac tenenda est explicatio:

Naturalia sunt immutabilia,

Communis usus rerum est natura-
lis iuris, sicut usitare dicitur,
Ergo est immutabilis,

Y 2 Respon-

DEFINITIONES

Respondeo ad maiorem. Natura
lia sunt immutabilia, uidelicet noticia
naturales artium et præceptorum. Sed
non utilitates, quæ fuissent in natura
integra, ut perpetua sanitas corporis,
et aliæ commoditates. Talis potuit esse
in natura integra communio, nec ta-
men fuisset præcepti.

CONTRACTVS est mutua
& honesta consensio duorum uel plu-
riū de re aliqua legitimo modo tran-
ferenda, uel quo ad Dominium, uel
quo ad usum, uel quo ad obligationem
diuinitus ordinata. Quia cum singuli
indigeant rebus quas ipsi non habent,
uult Deus seruare æqualitate legitimis
contractibus, & communicatione le-
gitima, uitam hominū copulatam esse,
ut intelligamus, iusticiam esse equa-
litatem, & sciamus ipsum æqualem esse.
Et sunt contractus confirmati Le-
uitici 19. Non facite inæqualitatem in
iudicio, in regula &c.

EMPTIO est contractus, quo res
transfertur, quo ad dominium pro ius-
to precio, nec retinet emptor ius re-
trahendi

APPELLATIONVM.

hendi precij. Et nominantur substan-
tialia emptionis, merx, precium, &
consensus emptoris, & uenditoris.

MVTVATIO est contractus, quo
transfertur pecunia seu frumentum,
seu alia res utilis, cuius usus est con-
sumptio, cum hac obligatione, ut tan-
tundem post certum tempus redda-
tur, & dans mutuo retinet ius tantun-
dem petendi, quantum mutuo dedit.

VSVRA est lucrum, quod pro-
pter mutuatiōem petitur. Expressè au-
tem prohibita est usuræ petitio Leuit.
35. Et Deuterono. 23. Et in Euangelio
dicitur: Mutuum date, nihil inde spe-
rantes. Et pugnant usuræ cum æqua-
litate. Nemo debet lucrari ex alie-
no. Accipiens usuras lucratur de alie-
no. Quia mutuatio transfuit domini-
um, & quidem rei non sua natura
fructificantis. Non est igitur iustum
lucrum. Ac res ostendit, propter hanc
inæqualitatē exhauriri magnam par-
tem hominum, eamq; ob causam saepe
seditiones in imperijs ortas esse.

DEFINITIONES

Ethnici tamen, ut modus aliquis esset, legem condiderunt de Centesima. Dicitur autem Centesima usura centesimo mense æquans sortem. Vt si quis singulis mensibus de centum aureis soluat unum aureum. Fit mentio Centesimæ usuræ in libro Esdræ cap. 5. Cùmq; fœneratores duas aut tres centesimas postularint, Lex de centesima sepe renouata est, ut à Lucullo in Asia, à Cicerone in Cilicia, à Iulio & Augusto in toto imperio.

INTERESSE est accidens aliorum contractuum, & est honestæ rei appellatio ex naturali æqualitate sumpta, de qua dicitur: Nemo locupletetur cum alterius iniuria. Est igitur Interesse debitum, quod debet iure naturæ, qui efficacem causam damni alteri dedit, aut qui uerè impediuit alterius iusta lucra: ut si quis in locato corrumpit aliquid, debet id quanti interest, id est, debet sarcire damnum, etiam si nulla pactio de hac re precessit. Quod autem uocabulum honestæ rei Interesse prætextitur crudelibus usuris, perniciosa sophistica est. Locat

APPELLATIONVM

LOCATIO est contractus, in quo res transfertur ad certum tempus, quo ad usum, pro certo precio, non quo ad dominium, & res illatæ sunt iure opipignoratæ locanti.

MENDACIVM est petulanter aut cupiditate nocendi aliud loqui, seu gestu significare, & aliud sentire. Non enim nomino mendacia figuras, quibus exprobabili causa aliquid tegitur, quod non necesse est dici, ut Raab negat speculatores domi suæ esse, Tales figuræ nominantur officiosa mendacia. Huc & Apologi ac poemata pertinent, quæ omnia possunt dici figuræ, seu similitudines.

MALEDICENTIA est seu falsa seu dubia scelera punienda legibus alicui obijcere, seu uera commemorare uanitate aut cupiditate nocendi, extra ordinem iudiciorum. Hoc uicium prohibetur Leuit. 19: Non eris criminator nec susurro in populo. Pertinent autem ad hoc genus conuicia seu falsa seu uera, quæ tamen uanitate aut cupiditate nocendi dicuntur. Item;

DEFINITIONES.

calumniæ, quæ sunt, aut benefacta aut rectè dicta deprauare, aut ambigua in deteriorem partem flectere, aut quoquo modo crimē fingere, ut Palamedes ficto crimine opprimitur, item Naboth. De his omnibus dicitur in Ecclesiaste cap. 7. Calumniā conturbat sapientem, et perdit robur cordis eius. Et cap. 10. Qualis est serpens, qui clam mordet, talis est calumniator. Vicia linguæ multa sunt, alia magis, alia minus atrocia.

GARRVLITAS, futilitas, uanitas, iactantia maledicētia, subsannatio, mentiri, calumniari, insulitas, scurrilitas, quæ est obscœna dicere, aut in materia graui intempestiuus iocis, aut Mimica subsannatione ludere, aut contumeliosa dicere in superiores; aut in calamitosos honestos, ut Semei scurratur maledicens Dauidi.

LIBERTAS CIVILIS est facultas corporalis ordinata legibus, honestè transferēdi corpus, et eligēdi honestas operas corporis pro arbitrio, et habēdi res proprias, et disponēdi de
eis

APPELLATIONVM.

eis iure dominij pro arbitrio, habens & legitimam defensionem corporis & rerum, ut Ioseph emptus non potest transferre corpus, ac discedere à Domino suo &c. Disertè autem dicitur, facultas ordinata Legibus, quia libertas non est infinita licentiā, nec uagatur beluarum more, sed est facultas honestè utendi corpore & rebus, liberior, quàm qualis est captiuorum aut seruorum, sed tamen Deo subiecta, & certis inclusa metis diuinitus, uidelicet lege Dei, & alijs legibus, quæ mununt concessam facultatem, ut si cui liceat uti spaciosi horti fructibus, & sint circumdati muri, ne irrumpant apri aut aliæ ferae. Sic dixit Lucius Crassus: Legū serui sumus, ut liberi esse possimus.

SERVITVS CIVILIS, quam Deus approbat, ut seruus fuit Ioseph, seu Onelimus, est priuatio Legitima facultatis possidēdi res proprias, & eligēdi operas proprio arbitrio, & transferēdi corpus aut res proprio arbitrio. Habet autem & hæc seruitus ex lege diuina seu naturali suam miti-

X S gatio

DEFINITIONES

gationem aut moderationem, nec domini cogant seruos facere contra leges diuinas. Vt, cum Turci auferunt subditis filios & filias, abstrahunt eos ad suam Idolomaniam, quia Deus est superior Dominus, & nulla creatura peccare aut iubere aliquid debet contra mandata diuina, iuxta dictum: Operet Deo magis obedire quam hominibus. Ac dictum Platonis obseruetur: Vtraque optima, moderata libertas, & moderata seruitus, Vtraque pessima, immoderata libertas, & immoderata seruitus.

BONVM INCREATVM est Deus ipse qui est essentia sapiens, aeterna, omnipotens, uolens talia, qualia in Lege sua praecipit, creatrix & conseruatrix mundi, & causa boni, id est, sapientiae, iusticiae, laeticiae & ordinis in creaturis. De hoc perfecto bono dicitur: Nullus est bonus, nisi unicus, qui est Deus.

BONVM CREATVM, est creata conuenientia in creaturis cum mente diuina, omnia intelligente & ordinante

APPELLATIONVM?

ordinante. Est igitur sapientia, iusticia & laeticia in natura intelligente, & ordo in uniuersa natura, institutus a Deo. Hec definitio est boni in genere, quod nominatur bonum naturale, & de hoc bono dicitur: uidit Deus omnia quae fecerat, et erant ualde bona, id est conuenientia cum mente diuina, sic ordinante, uidelicet in natura intelligente erant sapientia, iusticia & laeticia, & in natura uniuersa ordo. Deinde species recitantur.

BONVM HONESTVM morale creatum est ipsae actiones uoluntatis in Angelis et hominibus, congruentes cum lege Dei, seu cum Deo. Idem .n. significatur his loquendi formis, & quidem regi has actiones oportet cogitatione Legis Dei. Osiander nominat iusticiam ipsum Deum, sed tamen necesse est Increatam iusticiam discerni a creata, seu ab actionibus congruentibus, quae fiunt in uoluntate Angeli aut hominis, ut crassissime loquar, quarum aliqua causa est uoluntas angeli aut hominis, quae non habet

DEFINITIONES

habet se prorsus passiuè, id est in qua non agit Deus, ut Sol spargit radios in dolum.

Et Iohannes inquit, nos fore similes filij Dei. Item Paulus ait, nos transformari, ut simus imago Dei. Non est autem imago archetypus. Est igitur aliquod bonum honestum creatum, quod in hac uita in renatis inchoatur, postea erit integrum.

Philosophia loquitur de Actionibus honestis, quæ etiam si sunt imperfectæ, tamen sciamus eas nominari bonum honestum seu morale creatum, ut actio uoluntatis in Scipione, mandans omnibus membris, ut abstineant ab alterius sponsa.

Hæc actio perfectior esset, si mens & uoluntas intuerentur Deum, ut actio Ioseph fugientis adulteram. Hæc alibi copiosius enarrantur. Sed tamen rectè dicitur, aliquod esse bonum honestum seu morale creatum, etsi discerni necesse est actiones, in beatis, item renatis in hac uita, et honestis Ethnicis, actiones Angelorum, Ioseph, et Scipionis.

Bona

APPELLATIONVM.

BONA UTILIA sunt omnes noticia sensuum & mentis & omnes res & effectiones ordinatæ ad conseruationem uitæ, ut ordo in elementis, & rebus nascentibus, frumento, metallis & alijs. Nec mihi displicet, ueras noticias in mente, cum uoluntas congruit dici bonum honestum. Sed cum non congruit uoluntas, sunt bonum naturale & utile, sicut aurum, quo tamen homines abutuntur.

BONVM SVAVE in sensu est conuenientia obiecti cum neruis, ut cum aqua calida recreat neruos læsos frigore, seu cum potus conueniens recreat arefactam linguam & cætera membra. Aut bonum suaue est in mente & uoluntate læticia, quæ oritur ab intellectu pulchritudinis, id est, ordinis & conuenientia cum Deo uel natura.

MALVM NATVRALE est priuatio sapientia, iusticia & læticia in natura intelligente, & in alijs rebus est destructio ordinis in qualibet natura, ut morbus, mors, & quæcunq; destructio rerum.

Malum

DEFINITIONES

MALVM MORALE est priuatio iusticiæ, seu uirtutis in natura intelligente, seu est discrepantia à lege Dei, seu à Deo. Usitate uerò nominatur malum culpæ, & in Ecclesia nominatur peccatum. Tenenda est autem regula firmissimè, quòd Deus nequaquam sit causa mali culpæ, id est, Deus nec uult, nec approbat, nec efficit, nec adiuuat peccatum.

Aliud est malum pœnæ, quod est destructio, sequens malum culpæ, ut morbi, mors, Hoc malum est iusta executio pœnæ, ut oppressio Pharaonis. Nec est absurdum de tali iusta executione dicere, quòd Deus uelit & adiuuet eam, ut expressè de Sodomis dicitur: Dominus pluit super Sodomam ignem & sulphur &c. Item: Deus ignis consumens est. De hoc malo pœnæ intelligantur dicta: Non est malum in ciuitate, quòd non fecit Dominus: Id est, omnibus generibus pœnarum afflixit nos, morbis, lue, fame, bellis &c.

Diligenter autem consideranda est
oppositio

APPELLATIONVM.

oppositio. Bonum, n. morale & malum culpæ inter sese opponuntur, ut habitus & priuatio, seu ut contrarij motus, ut fortitudo ut timiditas, dilectio fratris in Cain, & odium. Differunt ab his, naturale bonum, & naturale malum. Ut, noticiæ, aurum, uinum, sunt naturalia bona, non sunt bona moralia. Mors est naturale malum, non morale. Non igitur pugnat cum bono morali, ut dicitur: Preciosa mors sanctorum eius.

ANGELVS BONVS est persona spiritualis, creata non ex Elementis, sed ex nihilo, ut in ea diuinitas se inter Spirituales naturas patefaciat, et in creatione ornata noticijs Legis et alijs, libertate uoluntatis, et iusticia, deinde uerò confirmata in bono, uidelicet in dilectione Dei, angelorum & piorum hominum, in ueritate & castitate, ut nunquam à Deo deficiat, ordinata, ut, quanquam natura præstantior est, tamen Ecclesiæ seruiat, ut uoluntas Dei conspiciatur, qui uult fortiores seruire inferioribus, & studium humilitatis

DEFINITIONES

litatis approbat. Psalmo 90. Angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus uis tuis.

ANGELVS MALVS est persona Spiritualis, creata non ex Elementis, sed ex nihilo, in creatione ornata noticijs legis et alijs, libertate uoluntatis & iusticia, deinde uerò propria uoluntate liberè auersa à Deo, contempto filio Dei, & abiecta in peccatas sine fine, furens odio Dei, mendax, blasphema, & odio Dei sauciam exercens in genus humanum, impellens alios ad alia scelera, ad Blasphemias, ad mendacia, ad caedes, ad libidinum confusiones, non ut ipsi melius sit, sed propter *ἐπιχειρηματία*, & ut Deum, & Dominum nostrum Iesum Christum contumelijs afficiat. Quare hi duo tituli ei tribuuntur, quòd sit mendax, & homicida. Et nominatur *διάβολος*, quia uerbum Dei calumnijs in hominum mentibus corrumpit. Et Satan, quia aduersatur Deo, & domino nostro Iesu Christo, & Ecclesiae. Baal Zebub, quia uolitat in aëre, ut crabrones,

APPELLATIONVM.

nes, turbant genus hominum, & praecipuè Ecclesiam. Sicut Paulus nominat Diabolum, principem potestatis aëris, efficacem in his qui contemnunt Deum. Ideo autem hac definitio diligentius consideranda est, ut ardentior sit precatio in petendo auxilio aduersus Diabolos. Cùm quidem ideo & libenter uelit Filius Dei nobis opitulari, quia Diabolus nos propter ipsum praecipuè odit. Inuocamus igitur te fili Dei Iesu Christe, crucifixe pro nobis & resuscitate, custos Ecclesiae tuae, ut nos gubernes & serues.

PROPHE TAE in ueteri Testamento nominati sunt doctores, immediate uocati à Deo ad repurgandam doctrinam, & praecipuè ad illustrandam promissionem de Messia, et ad aliqua politica consilia, & sunt ornati testimonio miraculorum, ut certum esset, doctrinam eorum diuinam esse, & eos non errare in doctrina, quia Deus de ea testificabatur. Tales fuerunt Adam, Seth, Nohe, Abraham, Isaac, Iacob, Ioseph,

DEFINITIONES

Ioseph, Moyses, David, Elias, Eliseus, Iesaias, Ieremias, Daniel, & alij. Ideo Iohannis inquit: Non sum Propheta. Quia non erat ad politica negocia missus, Sicut Iudaei expectabant Prophetam similem Samueli aut Eliae, tubam belli contra Romanos.

APOSTOLI sunt doctores in nouo Testamento immediatè uocati à Christo ad docendum Euangelium, & ad publicam administrationem Sacramentorum, non ad politica negocia, & sunt ornatì testimonio Spiritus sancti, & miraculis, ut certum esset, doctrinam eorum diuinam esse, & eos non errare in doctrina, quia Deus de ea testificabatur, & habent potestatem ubiq; docendi.

BARNABAE DICTVM

citatum à Clemente secundo libro
collectaneorum, pagina 161.

Antequam crederemus Deo, domicilium corruptibile et fragile cordis nostri uerè erat templum, manu factum quando

APPELLATIONVM.

quando erat plenum idolatria, & erat domus Dæmonum; Sed attendite, ut templum Domini gloriose ædificetur. Quomodo? Accipiendo remissionem peccatorum, & sperando in nomen Christi, fiamus noui & denuo creati, eò quod in domicilio nostro uerè Deus habitat. Quomodo? Quando habitat in nobis sermo fidei ipsius, uocatio promissionis ipsius, sapientia iustificationum, & mandata doctrinae.

Episcopus seu Pastor est doctor uocatus à Deo, sed mediatè, scilicet per Ecclesiam, ad docendum Euangelium, & ad publicam administrationem Sacramentorum in loco certo, & recitat doctrinam traditam ab Apostolis, ab hac cum discedit, errat, ut saepe accidit, nec habet potestatem ubiq; docendi.

Consideranda sunt autem testimonia, quae confirmant uocationem, quae fit per homines, & ostendunt, Deum uelle suffragatione humana uocari Ministros Euangelij, & per tales efficacè esse. Paulus precipit Tito, ut constituat

Z. 2. Prasby

DEFINITIONES

Præsbyteros passim in oppidis. Et 2^o Timoth. 2. dicitur: Hæc commenda hominibus fidelibus, qui idonei sint ad docendos alios.

Doctor est persona uocata ad docendum Euangelium, non ad summam gubernationem Ecclesiæ. Tales olim erant Catechetæ, & nunc tales debent esse doctores in Scholis.

Euangelistæ olim dicebantur, qui subinde ad diuersas Ecclesias mittebantur aut uocabantur, ut ibi Euangelium docerent. Tales scribit Eusebius nominatos esse Euangelistas, & celebrat Pantænum, lectorem Scholæ Alexandrinæ, qui peruagatus fuit multas Ecclesias in Oriente, et eas erudit.

DE HABITIBVS.

SVpra dictum est de noticijs & Virutibus, Et quid sint noticiæ actuales utcuq; dici potest. De habitibus magna caligo est.

Noticia actualis in parte cognoscens, quæ cerebro utitur, est formatio
ima

APPELLATIONVM.

imaginum, quæ sit spiritibus uelut *σφραγίδα* imprimantibus cerebro, & cerebri motu ceu lingua formante sermonem. Vt cum cogitas amicum, formas in cerebro eius imaginem.

Mirandum opus Dei est in hominum natura, sic conditum singulari consilio. Et commonefactio est de Deo quod Deus sit essentia intelligens. Deinde sunt alia multæ commonefactiones in toto ordine Noticiarum, Numerorum, Ratiocinationes Legum, quæ distinguunt honesta & turpia. De his tantis beneficijs Dei sæpe cogitandum est, & erigenda mens, ut aliquo modo conditorem intueatur.

Sed quid sunt Noticiæ Habituales?

Has credo esse memorias, id est, impressas imagines certæ parti cerebri, retentas, ut in cera retinentur imagines factæ sigillis. Et quo impressio est firmitior, & sapius facta, eò citius sit recordatio.

Z 3 Esse

DEFINITIONES

Esse autem habitum deinde in membris amplius quiddam iudicari potest ex ijs artibus, quæ non tantum sunt noticiæ, sed etiam regunt externa membra, ut ars pingendi regens digitos in ducendis lineis. Hic non desunt memoria & intentio nouo discipulo, & tamen digitus tardiores sunt quàm excellentis magistri. Idem fit in Citharædo & multis alijs artificibus. Etsi igitur memoria dominatur, tamen sit sane aliquid habitus, id est, agilitas crebra recordatione & usu parta. Et cogitemus talem esse Hominum naturam, ut crebram recordationem & assuefactionem sequatur in mente & corde & Locomotiuam agilitas seu celeritas quæ nominatur *ἰσχυρία*, etsi quæ res sit obscurum est.

Vicia conspectiora sunt. Ac primum de actionibus externis dicamus, quæ plurimæ à prauis adfectibus oriuntur. Nec obscurum est, quid sint prauis adfectus. Homines prouisi sunt ad incendia amorem, iræ, odiorum, ad timores, & ad alios adfectus. Et uagantur hi motus uariè.

Paris

APPELLATIONVM

Paris & Helena quia familiariter sæpe colloquuntur, & simul conuiuuntur, incallescunt mutuo, ut natura sexum mouet erga sexum. Accenso corde postea uoluntas Paridis hoc decretum addit: Abducam Helenam in Asiam. Hic & fons actionis externæ, & quid sit hæc actio intelligi potest. Nec quæruntur habitus.

Non obscure & de bonis actionibus externis dici potest, oriri eas à cogitatione Legis recta docente, & uoluntate imperante Locomotiuæ, ut reprimant aut cieant membra, ut externi motus congruant Legi. Ut cogitatio in Scipione: Non attingas alterius sponsam, & hæc ipsa cogitatio seu uoluntas præcipiens neruis, sunt causæ reprimentes externa membra, ne indecoros motus cieant.

Hanc disciplinam regendi externa opera utcunq; efficere humana ratio, etiam in non renatis, potest. Et Paulus sic nominat opera Legis, non nominat uirtutes. Quia quid sit Virtus in non renatis, & quid sint habitus illi,

Z 4

quos sic

DEFINITIONES.

sic nominat Aristoteles, difficile est ostendere. Et, si quid sunt illi habitus in hac languida natura, sunt infirmi, & facile excutiuntur, seu flaccescunt.

In renatis uerò, ut in Ioseph, Dauid, facile potest monstrari, quid sit in ipsis Virtus, uidelicet, ipse Spiritus sanctus, accendens tales motus, qualis ipse est, & confirmans corda. Ibi uirtus nominari potest uel ipse Spiritus sanctus, uel motio ab ipso orta. Discernendus est enim Creator à creatura. Sicut & Paulus discernit, inquiring: Deus est qui efficit, ut uelitis & ut perficiatis, ut fiant ipsi grata. Sed cum causa nominatur, fons ostenditur, ut in Psalmis dicitur: Tu es Deus fortitudo mea.

In aliquibus autem actionibus honestis, etiam non renatorum, iuuatur cogitatio naturali *sap. vii.*, ut parentes tolerant ingentes labores in educatione sobolis, quia naturali *sap. vii.* mouentur & confirmantur. Aliorum causa ne possent quidem ferre. Ibi conspici potest causa talium actionum, quæ quidem

APPELLATIONVM;

dem est uirtus, & sic rectè nominari potest, quia est inclinatio in natura hominum à Deo condita, ut sit semen bonarum actionum, id est, congruentium cum Lege Dei.

Adiuuatur etiam cogitatio in multis mediocribus hominibus bonitate temperamenti corporum & cordis, quia intentio mentis firmior est, & minus cito incenditur errantibus affectibus. Vt Cyrus non peccat iracundia, sicut Alexander ebrius, qui minus uidet, quam deformis sit ira, & in corde spiritus magis feruidi sunt, & magis tumultuantur. Ideo motus fiunt minus ordinati.

Non possunt autem adsumi temperamenta assuefactione, sed externi motus regi possunt. Et ad hanc diligentiam conducit assuefactio, quæ est crebra commonefactio, qua repetitur & confirmatur cogitatio Legum & poenarum, & sit intentio maior, quæ magis considerat uirtutis pulchritudinem & cor utcumq; trahit, ut minus sit contumax.

DEFINITIONES

tumax. Ut cum saepe & attentè cogitamur præcepta Temperantiæ, et poenas intemperantiæ, magis fugimus intemperantiã. Et cum experimur temperantiæ commoda magis eam amamus, & confirmamur, ut nocituras delicias fugiamus. Inde qualiscunq; firmitas in cogitatione & corde nominatur habitus, quæ sit sanè nouum quoddam robur, ut in cursore exercitia tollunt superfluos humores, & faciunt carnem puriorem & spissiolem, venas agiliores, & articulos uolubiliores. Et si igitur obscurum est, quid sit in mente & corde habitus, tamen repetitio doctrinæ, intentio cogitationis, & repressio cupiditatum, aliam quam certè firmitatem, quantulacunq; est, adferunt.

Hæc omnia considerari utile est eò, ut agnoscamus imbecillitatè nostram, nec stultè somniemus, in non renatis intus esse magnum robur, quod nominatur uirtus: Sed sciamus utcunq; cogitatione legis gubernari externas actiones, unde & forma loquendi est,

OPERA LEGIS

Agg

APPELLATIONVM.

Agnoscentes autem imbecillitatem nostram, agnoscamus Filium DEI, Dominum nostrum Iesum Christum, qui missus est, ut nos sanet, et petamus, ut cum sit λόγος aeterni Patris, sit efficax ipse in cordibus nostris uoce Euangelij, & sit in nobis sol iusticiæ, ac luce sua patris uoluntatem nobis ostendat, & corda nostra ad Deum conuertat, et in mentibus nostris ad sensiolem confirmet, ut constanter uoci diuini credant, & dato Spiritu sancto accendat in nobis motus congruentes legi Dei, salutare nobis & alijs sicut rexit Ioseph, Samuelem, Danielem, & alios pios, & sicut inquit: Quanto magis pater uester cœlestis dabit Spiritum sanctum petentibus. Et quidem seuerissimis mandatis præcipit, ut ad se confugiamus & auxilium petamus. Sicut ait: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, et ego reficiam uos. Item: Petite & accipietis. His Mandatis & Promissionibus Filij Dei exuscitemur ad Inuocationem, quod cum faciemus, cernemus præsentiam

DEFINITIONES.

tiam Dei, & discemus, quid sit uera uirtus, de qua dicit Paulus; Intuentes lucem Dei transformamur in eandem imaginem à Domini Spiritu.

Hic etiam monendi sunt iuniores, ingens discrimen esse inter uirtutes in renatis, & heroica dona non renatorum. Est in Achille, Alexandro, Iulio fortitudo heroica, quæ re ipsa est donum Dei, uidelicet robur tale creatum in cordibus, ut minus metuant pericula, quam alij, & fortius ac foelicius præliari possint, Sicut est robur corporis creatum maius in Cyclope, quam Vlyssæ. Sed illa Achillis fortitudo non regitur luce diuina, uera agnitione & inuocatione Dei, nec directa est ad hunc finem, ut ipsius uictoria sit testimonium de Deo, & prosit ad defensionem ueræ Ecclesiæ, nec iudicat Achilles, suam dextram regi à uero Deo, nec eum inuocat.

At in Dauide lucet noticia uocis Diuinæ, Ita in eo adest filius Dei, ostendens æternum Patrem, & adest Spiritus sanctus, accendens in corde lætiti-
ciam

APPELLATIONVM.

etiam in hac obedientia, & ueram inuocationem & addens robur, Et directus est labor ad hunc finem, ut sit de uero Deo testimonium, & ut defendatur Ecclesia.

Discrimen igitur est inter Dauidem & Achillem; In Dauide habitat Deus, & lux uerbi regit pugnantem, & Spiritus sanctus flectens cor ad uerum Deum, addit robur, & gubernat dextram præliantis. At in Achille non habitat Deus, etsi fortitudo in eo est donum creatum à Deo, sicut robur corporis. Sed Spiritus Sanctus in illis tantum esse dicitur, in quibus lucet noticia ueri Dei, accensa uerbo diuino, & sic inuocatio ueri Dei. Nam Spiritus sanctus non dicitur in aliquo esse, sine luce uerbi diuini, sicut dicitur: Spiritus sanctus de meo accipiet. Et accendit inuocationem ueri Dei, Etsi magnum robur est corporum in Gigantibus & Cyclopibus, quod uerè est creatum à Deo, tamen horum pugnae non sunt motus Spiritus sancti, quia in mentibus eorum non lucent noticia & inuocatio ueri Dei.

Hæ

DEFINITIONES

Hæ antitheses ostendunt discrimina & hominum & actionum. quæ considerari necesse est, ne fiat confusio Ecclesie & Ethnicorum. Oro autem filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, crucifixum pro nobis & resuscitatum, ut semper æternam Ecclesiam inter nos colligat, & eam luce suæ doctrinæ & Spiritu sancto gubernet. Amen.
FINIS.



*Præcatio ad deum patrem filium et
spiritum sanctum*

*Om. a. vive et vere deus pater domini
nostri J. C. qm te patefecisti in me
sa bonitate et clamasti*

Ad quare scribitur & literis

A	Aquila virtus.	F	Franciscus
D	Deus occidit occasus.	F	furtum.
A	Aquila.	R	Rapina.
M	Meridies & meridianus.	A	Accipimus.
	Monachus.	N	Nostros.
M	Mors oppressor.	C	C
Na	Nequitia & molitor.	is	Inde statimus.
CH	Cultor heresis.	C	Complacitos.
S	Virtutum spoliator.	S	Utriusque sexus.

Laberius. Furor fit sapius
 patientia.

Item. Veterem ferendo iniuria
 inuitas nonum.

